

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE  
COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVN-  
dum locos liber octauus, Ioanne Guin-  
terio Andernaco interprete.

*De medicamentis stomacho idoneis.*



10 **Q**UOD semper dicere consueui, etiã nunc id persuasum habens, affirmo: nempe difficillimum esse, ut qui sectæ alicui se emanciparint, ad ueritatem conuertantur. Qui uero prudentes simul & ueritatis omnino studiosi sunt, hos spero obseruatu-  
20 rōs ea quæ à natura nobis data sunt, instrumenta quibus uitæ actiōnes iudicamus, experientiam & rationem. In nonnullis uero utrunq; ad artem eque confert: in quibusdam alterum plus altero prodest: semper autem alterum ad sui absolutionē alterius poscit opem. Etenim falsæ opiniones, animos hominum occupantes, non modo surdos, sed etiam cæcos efficiunt, qui non uident ea quæ alijs euidenter apparent: quod maxime in oris uentriculi affectibus accidit, præsertim ubi inflammatione infestatur: etenim & hæc, & iecoris inflammatio, astringentium mistura indigent. Si enim laxatoria  
30 medendi ratione, cui roboratoria facultas non sit addita, curentur, uitæ ipsius periculum inducunt: idq; cum omnes sanè empirici medici ab experientia sint edocti, omnesq; dogmatici in artis operibus obseruēt, haud pauci huius tēporis methodici, non enim omnes, infinitis ipsi stomachicis deliquij autores extiterunt: uniuerfos autem iecorarios interimunt: siquidem nullum ego noui seruatum, qui in huiusmodi medicum inciderit. Nonnulli ipsorum, pauci tamen, oleo, cui absinthij comam incoxerint, superfundunt, & lanam nardino unguento madidam illigant. Quidam uero & mastichen chiam miscent, aut aloën, aut malorum cotoneorum oleum in uicem nardini assumūt. At in opulentis mulieribus, etiã id quod ab ipsis uocatur foliatum & spicatum, adhibent: atque hæc facientes, putant se laxatoriam  
40 curandi rationem obseruare, tantum uires medicamentorū sunt experti. Ego autem optarem omnes hoc pacto indoctos potius esse, quàm ut cognoscentes astringentia, usum ipsorum uitarent. Quæ igitur fomentis et cataplasmatibus astringentia miscentur, in ijs quæ iecore, aut ore uentriculi dolitant, quod sanè & stomachum uocant, non huius est loci persequi. Quæ uero ex medicamentis emplasticis, hoc est, infarciendi facultate præditis, & cerati speciem referentibus, si extrinsecus imponantur, item quæ inter ea quæ deuorantur sunt utilia, hæc indicabo: ac primum inflammationē experiētū remedia, quoniam ægroti ob ea maxime periclitantur.

40 Ceratum itaq; quo continue utor constat aloë, mastiche, cera pontica amara, & nardino unguento: cōponitur autem hyeme sic, ut in drachmas octo ceræ, nardini unguenti uncia romana mensura iniiciatur: æstate autem in septem, secūdem unguenti proportionem. Porrò optimum esse unguentū conuenit, quale antea sanè in Laodicea Asiæ ciuitate sola præparabatur, nunc autē etiam in multis alijs Asia nis ciuitatibus conficitur. Quod si ceræ ponticæ amaræ facultas non sit, certè aliam ponticam indito: si illa quoq; desideretur, tyrrenicam: sin autem ne hæc quidem adsit, aliam quandam odorem pinguemq;. Si neq; huius copia datur, eam quæ tibi obtigerit elotam indito: liquecat autem in uase duplici, deinde refrigeratum ceratum radens, miscero ijs quæ exactè læuigaueris, aloæ & mastichæ: sit autē utriusq; drachma una: nonnunquam etiam amplius, non tamen ut unam & dimidiam excedant. Quod si maiore astrictione opus est, imbecillitate tanta existēte, ut ne cibū

quidem continere possit, admisceatur etiam omphacij tantundem, ut tres singulorum drachmæ existant, una aloës, altera mastiches, & tertia omphacij. Misceatur autem dum ceratum conficis, primum sanè omphacium, deinde sic reliqua ijs adiuniantur; ceterū misceo sicuti omphacium, ita & ablinthij succum, interim utraq; & tertium præterea hypocystidem, & quartum œnanthen: sic nomino syluestriū uitium germen cum floribus æditum, ex quibus domesticis uua prouenit. quin etiam rhus succum non raro miscui. Augeri autē oportet nardini & ceræ pondus, pro reliquorum medicaminum portione: ut si quatuor ex alijs drachmæ colligantur, quatuor sint nardini cerati uncie, duæ quidem ceræ, duæ item nardi, hoc est, sedecim utriusq; drachmæ. Quod si inflammatio in uetustatem incidit, & iam indur-<sup>10</sup> rescit, uaria magis applicari debent medicamina, quæ habeant non nihil ex aromaticis emollientibus, digerentibusq; medicaminibus: quale est etiam quod ex meliloto præparatur. Porro compositio ipsius multo magis euariat, eo quod omnibus præcordiorum inflammationibus congruit, si haud magnis differentijs immutetur, ut quædam ipsius confectio iecoris dispositionibus sit utilior: quædam uero stomachi, aut uentriculi, aut lienis affectibus, aut quædam in didem musculis, quæ omnia communi scriptura in malagmatum compositionibus comprehensa sunt. At in præsentia à maioribus meis prodita ad uniuersas stomachi dispositiones, quæ non extrinsecus solum imposta, sed etiam epota iuuant, omnia persequemur: quædam uero ipsorum sunt communia & uentris affectibus. Cæterum subinde à<sup>10</sup> me dictum est, medicos solere uentris os, quemadmodum cor, ita etiam stomachū appellare. Verum olim quidem cordis nomen in usu erat frequentius: nunc autē ab illo sanè adhuc perseverat uerbum cardiostin, quod est corde dolere, & cardialgia. Particulam ipsam, stomachum nuncupant per homonymiam, id est, similem uocem ei quæ alimentū ex ore in ipsum defert. Itaq; tradiderūt maiores nostri medicamēta ad eiusdem dispositiones, sicut alias, ita & subuersiones ab ijs appellatas. Consueuerūt autē sic nominare cibi fastidia, & dispositiones nausebundas, ob quæ interim uomitus accidūt. Iam & rosiones in eo nonnullæ oriūtur, quemadmodum dispositiones, quæ magnā famē, quæ bulimos græcè dicitur, & fastidiū ex repletione inducunt. In his omnibus cōmunis sanè aliquis astringentiū medicaminū usus<sup>10</sup> inuentus est, uerum admixta sunt plurimis ipsorū calefaciētia, siccantiq;. Fiant et aliæ dispositiones rarius, quæ humectantia, aut refrigerantia, uel utraq; simul medicamina requirūt. Empiricis autē dum citra rationalē methodum auxilia inueniant, meritō ea quæ sæpe iuuarūt, in memoria tenent, & in usum ducunt. Nam eorum quæ sæpius eodem modo uisa sunt, obseruationē & memoriā, esse suam experientiam affirmant. Quemadmodum autē in uentriculi ore, ita et in toto ipso singulisq; intestinis, & ut summam dicā, in omni corporis particula eadem oboriētes intemperatura, similarium actiones offendunt, quas nisi quis morbos ipsarum esse persuasum habeat, nunq; in dignotione ipsarū exercebitur: hac autē ignorata, neq; curationē inueniet. Verum habent non exiguam coniecturā dignotiones disposi-<sup>40</sup> tionum in alto corporis consistentiū: quare etiam utilissima est artis medicæ particula, quæ huiusmodi affectiones dignoscit, quas neq; qd primæ & maximæ sunt, uulgus medicorū cognouit: quapropter meritō neq; dignotionē ipsarum, neq; curationem disquisierūt. Coguntur igitur, quamuis sint dogmatici, logicis methodis ad solam uenire experientiam: unde mirari subit, cum quod aliquis citra febrem, inflammationem, abscessum, & exulcerationem imbecilliter concoquit, aut profusus non cōcoquit, curationē inuenire polliciti, quærunt an attritu ciborum concoctio fiat: deinde ceu maximū hoc inuenerint, cibos ipsos attritu faciles exhibent, neq; id quod promptissimum etiam medicinæ imperitis est, considerantes. Alius autē prudentium scilicet uirorum, dicebat mihi, scire concoctionē attritu fieri, id ad curandam

curandam ventris dispositionem conducere qua cibos nequit concoquere: cum ciborum attritu facilius assumptio, non sit curatio, uerum offensæ solum declinatio, sicut & paucum esse cibum, & nullum. Quemadmodum enim qui à cibo abstinet, non frustratur quidem cōcoctione, sed dispositio non curata est: ita neq; qui assumpserit cibum attritu neutiquam indigentem, cuiusmodi lac est, pitisanæ cremor, et ex chondro sorbitiones. Hęc igitur in medicatorix methodi libris abunde comprehensa sunt, constatq; in illis exercitatis disciplinam modo propositam uti lem existere. Quemadmodum uero in alijs, ut prius dixi, singula in memoriam reuocans quæ summam illis mihi antea sunt ostensa, ad medicamentorum compositionem descendi, ita etiam nunc facturus sum. Quum octo uniuscuiusq; particulæ sint intemperies, & hæc uniuersæ generentur aut ex nudis & solis qualitatibus, aut etiam cum humore aliquo: ex siccitate quidem intemperiem humectare oportet, ex humiditate uero siccare: sic autem ex calore ortam, refrigerare, ex frigidity calefacere conuenit. Similiter & compositas intemperies, aut calefacere aut siccare, aut humectare & calefacere, aut humectare & refrigerare, aut siccare & refrigerare. Quia uero dixi plurimas intemperies hominibus ex humorum superfluitate magis quàm indigentia oboriri, siccantia medicamina plerisque magis iuuant. At quia siccantium alia astringunt cōtrahendo astringendoq; eorum quibus adhibentur substantiam, alia uero digerendo siccant, atque in hoc substantiam ipsorum dissoluendo, idcirco plures sunt qui astringentia requirant: uerum si cum frigidity humida intemperies fuerit excitata, offenduntur, si solis astringentibus curentur quæ frigida facultate prædita sunt. Merito igitur plurima medicamenta usu experientiaq; comperta, ex mixta constant materie, astringente & calefaciente. Deprehendes autem differentiam ipsorum, si simplicium medicaminum uires in memoria teneas: dictum enim subinde iam à me est, nullum cum ratione & methodo, ijs quæ in hoc opere tradita sunt uti posse, nisi meminerit quæ in duobus ante hoc operibus, & de simplicium medicamentorum facultate, & in methodo medendi docuimus: nonnulli siquidem citra aliquam distinctionem ad huiusmodi stomachi uentrisq; dispositiones medicamenta conscripserunt: quidam uero distinctiones quasdam attigerunt, à symptomatis quæ omnibus apparent. Quomodo igitur uos quoq; singulorum usu probatorum medicaminum uires possitis cognoscere, etiam si non ascriptas affectionum quibus conueniunt differentias inueniatis, apponam, primum sanè ab Andromacho prodita, deinde quæ Asclepiades tradidit, post has, si uidebitur, etiam alias nonnullas adijciam.

*Quas Andromachus tradiderit facultates stomachicas.*

Cum Andromachus inscripisset, stomachicæ, deinde sic incepit: Ad stomachicos hiera qua utor. Deinde totam ipsius compositionem ordine tradidit, quæ in hunc modum habet: lunci odori floris, xylobalsami, mastiches, croci, nardi indica, asari, cinamomi, singulorum drachmæ sex, aloës elotæ drachmæ centum: simul læuigata reponito, datoq; ieiuno cochlearia duo: alij unum cum aquæ frigidæ \* cyathis quatuor exhibent. Hęc igitur Andromachus tradidit, neq; quos uocet stomachicos indicans, neq; an omnibus ipsis medicamentum conueniat, neq; an pluribus. Mihi igitur necessarium est explicare, quando quidem ex ijs qui stomachici dicuntur, nonnulli sanè ab hiera nuper dicta admodum iuuantur, nonnulli uero offenduntur. Etenim plerique homines, tum eos qui cibum fastidiunt ita nominant, tum eos quibus post assumptum cibum uentriculi os grauatur, & quandam molestam ex repletionem nauseam, quæ ase dicitur, experiuntur. Vocant autem similiter illos quibus nausea oboritur, magisque quando ad uomitum stomachus incitatur, ac magis adhuc cum ciborum corruptione, dum interim acidi fiunt, interim nidorosum exhalant, aliquando etiam aliquam qualitatem prauam acquirunt, atque

*Vetus adijcit,  
aut calidæ.*

inter omnes illos potius stomachicos nominant, quibus ructus tales obueniunt, cum eo quod malum difficulter ferunt, fastidio ex repletionem & subuersionem, saepe cibo nondum assumpto. Item si diutissime in uentriculi ore cibi permaneant, illud grauantes, & uix descendentes, hos quoque stomachicos nuncupant. Alios autem, qui appetitu canino dicto infestantur, ut plurimum edant, & grauatos eo maxime, paulo posterius uomant, similiter nominant: alios qui uehementer dissoluntur cum diutius a cibo abstinerint, & nisi citius cibos assumpserint, ore uentriculi rosionem sentiunt, pari modo uocant stomachicos. Ex his ipsis nonnulli nauseabundi facile fiunt, nisi potum, cibumque celerius assumpserint. Itaque qui ex rationali methodo auxilia inuenit, is ad affectionis inquisitionem peruenit, qua inuenta, sperat priorum ipsi remediorum copiam sibi adfuturam. Qui autem ex sola experientia auxilia congregat, periptosin, hoc est, ex casu rationem expectat, & priorum historiam colligit. At cum ipsi plurima indistincte tradiderint, necnon in multis dissentiant, merito & ipse diuersam induit sententiam, magisque cum ab ipsis auxiliis interim sane iuari stomachicos, interim uero offendi conspici: quemadmodum in proposito hiera, quam huius temporis medici Romae ferè omnes picram, hoc est, amarā nominant, quoniam hierae nomen, de ea quae ex colocynthide, hoc est, cucurbita syluestri constat, pronunciandum censuerunt. Qui uero ante nos Romae medicinam exercuerunt, duas nominantes hieras, apposuerunt ipsis distinctionis gratia, alteri sane diacolocynthidos, alteri dia aloes, in hunc modum scribentes: Hieria diacolocyn- 20  
thidos, Hieria dia aloes. Itaque hiera dia aloes bifariam paratur à nonnullis, sicut et Andromachi hiera, ad centum aloes drachmas, aliorum singulorum drach. sex. A nonnullis non sex, sed octo miscentur: quidam uero in aloes octoginta drachmas, sex aliorum miscent. Plerique igitur medicamentis quae aloes miscentur, numero sex, etiam iunci odori florem apponunt. Praeterea aloem ipsam Andromachus lotam: aliorum nonnulli sic, nonnulli illotam iniiciunt. Nos autem scire nunc conuenit, alio subducendae magis esse idoneam aloem illotam: deponere autem multum uirtutis medicamentosae lotam, quam aliquis potius dare audebit febrilaborantibus, neque hac uehementi, sed admodum remissa: nonnulli uero etiam ex illota factam, multis ita febricitantibus exhibuerunt: deinde cum nullam euidentem noxam intulissent, 30  
in alijs maximam offensam experti sunt: quippe aloes maxime aduersa est etiam si lauetur, ipsis qui citra prauos humores calida & sicca intemperie molestantur. Proximi his sunt & qui sicca intemperie cum frigiditate affliguntur: in totum qui ex solis qualitatibus, particulam aliquam habent uitiatam. Nam in humoribus intemperies, medicamentis indigent illos uacuantibus: quae sine his existunt, in marcorè omnino perueniunt, ob medicamentum ex aloes. Vbi igitur humiditas praua uentris tunicas irrigat, picra ex aloes utilis est, humiditatem expurgans: omnino autem sic affectis, adest symptoma, quo nauseant minus aut magis. Haec igitur noxia humoris euacuatio, ex sola aloes praestatur, ut quae uim habeat purgatoriam, non ualentem, sed ut uentris regionem ipsis quae attingit, possit purgare: & si copiosior quādoque 40  
fuerit exhibita, usque ad iecoris loca peruenit, non tamè totum corpus aloes purgat. At ex his quae ipsi miscent, mastiche sane, ceu apta stomacho gratique odoris, et confringendae uim aloes medicamentosae efficax, additur. Cinamomum etiam praeter haec quod tenuissimarum sit partium, ut uentris meatus simul adaperiat, abstergat, extenuetque, si quid uiscosum crassum uel humoribus inhaerescat. Etenim crassos hos ob expurgantis facultatis imbecillitatē, aloes non solet attrahere: quare etiam biliosarum in uentre dispositionum praestantissimum est remedium, ut uno die frequenter multos curauerit, qui stomachi uitio molestari crediti sunt: iuuat et hoc & alios omnes affectus ex prauis succis contractos cinamomum admixtum, ut quod uim habeat, qua prauas qualitates in naturalem statum reducit. Sciendum itaque uenit, dispositio-  
uones

tionones ex prauis humoribus ortas, tum in uentre, tū in stomacho, iuuari sanè medicamentis ex aloe: in maximam autem noxam incidere ex astringentibus cibis, potu, medicamentis: sicut rursus, in quibus humiditas multa & ueluti flacciditas quædam est in parte affecta citra humorum malignitatem, ipsa sola quantitate offendens, & ceu irriguum uentris corpus afficiens, utilissimus astringentium ciborum, potus, et medicamentorū usus est, soluta remissaq; tunc parte affecta, articulis relaxatis similiter: in quibus etiam ipsis astringentium usus dispositionē corrigit. Verum picra, de hac enim nobis sermo est, quemadmodū cinamomum, ita et alia partim stomacho apta, partim ut tenuia & absterforia assumit, robore quidē longe cinamomo inferiora, genus autem idem facultatis habentia.

*Secundam post commemoratam compositionem his uerbis tradidit, ut Lampo Pelusiotes.*

Cinamomi, calami aromatici, calix nigra, xylobalsami, iunci odori floris, elate, singulorum uncię tres (alij singulas uncias) contusa omnia crassius, in ollam recentem conijcito, aquę pluuialis sextarijs tribus additis, coquitoq; ad dimidias, et percolato: his adiuncta aloes indicæ libra, aquę pluuialis quod satis est superfundito, & læuigato sub caniculæ æstu, donec sicescat: ubi hoc primum aloen edulcoraris, adiecerisq; aquam ex aromaticis, in sole læuigato, usque dum sicescant. Tritis his in læuorem, admisceto, croci, myrrhæ, mastiches, singulorum uncias tres, secundum alios, unciam unam: omnia pariter læuigata reponito sicca, & utitor potione ad conuulsa, rupta, interiorum ictus, incipientes laterum dolores, item in ijs qui flatibus torquentur, stomacho dolent, tarde concoquunt, sanguinem educunt, & coxendicum dolore uexantur. Ad summū datur ex aquę cyatho uno, obolus, secundum quosdam autem, oboli duo: in reliquis, prout uires exigunt: in uulneribus, in inflammationibus, percolata oxymelitis spissitudine impositum: in oculorum inflammationibus, succo menthæ, aut calaminthæ, aut solano, aut aliquo similiū: in digiti inflammationibus, ex rosaceo aut uino aminæo. Utitor autem in reduiis sicco super linamentū cum rosaceo applicato: item ad sanguinis eruptiones siccū ex aceto prodest, & ad crustam oris ex eo cum passo gargarizatur. Hoc medicamentum quod Pelusiotæ Lamponis esse pronunciat, ex ijs est, quæ uarium usum præstant, de quibus aliquid dictū est antea quoq; ceu inferiora sint ijs quæ unū ali quod efficiunt: maxime ob multitudinē eorum quæ promittūt celebrantur, dum nos unum potius in uiginti affectibus idoneum, quam tot numero alia, in singulis affectibus præstantiora, uno quod multa pollicetur habere uelimus. Facultas autem ipsius qua etiam in prædictis fungitur, tenuium partiū est, calefacit, incidit, disijcit, & aperit, eoq; digerit sanies humoresq; in particulis quibusdā redundantes: hoc nomine & propositis in oratione affectibus cōuenit, prauas ut dixi, sanies, & particularum affectarum humores discutens. Quare & superius commemoratas uentriculi dispositiones, in quibus picra purgationem moderatam molitur, curare poterit, siccando paulatim, non uacuando uniuersim. Præstat igitur ad huiusmodi affectiones prior scripta picra.

*Tertium Andromachus tradidit medicamentum hisce uerbis: Ad stomachicos, & celiacos, pastillus amarus, mollit uentrem, facit ad somnum, ex commentarijs*

*Aphrodæ, ualet etiam uescicæ, & coli uitijs.*

Apij feminis drachmæ sex, anisi tantundem, piperis albi sesquidrachma, castorei drachmę dnæ, myrrhæ, nardi gallicæ floris, opij, cinamomi, singulorum drach. una semis, absinthij comæ drachmæ tres, aloes oboli tres, mastiches drachma una: ex aqua pastillos fingito triobolares, aut drachmā singulos pendentes: dato cum tribus aquę cyathis. Neq; in hoc medicamēto Andromachus ascripsit, quales dicat stomachicos, quo uitio affectos. Quod autem compositioni adiectum sit, opij, autor pastilli deprehenditur palam proposuisse medicamentum siccans, simul &

anodynōn conficere, quodq; somnum induceret, non tamen ad unam prædictarū dispositionum, cum sciret ualide ipsum excindere & celeriter.

*Quartum aliud medicamentum Andromachus prodidit ad omnem dispositionem efficaciter compositum, neq; ad multas mediocriter. Habet autem in istum modum: Ad stomachicos hiera Antipatri.*

- » Aloes bonæ drachmæ quatuor, mastichæ drachmæ duæ, asari drach. quatuor,
- » rosarum siccarum, iunci odorī, meu, pheu, casiaē similiter, singulorū semuncia; sic-
- » eo læui utitor; ut in aloē.

*Quintum post hæc medicamentum, quod ex plantaginis succo paratur, dixitq; ipsum Apollonij esse, hæc recipit.*

- » Plantaginis succi aridi drachmæ tres, mastichæ drachmæ duæ, myrrhæ drachma
- » una, menthæ drachma una, gingiberis drachma una. Videtur mihi hanc facultatem Apollonius expertus, cum stomachus à calidiore dispositione conflictatur, atq; ita ipsam indistincte commendare, cum non possit in ijs quæ frigidam dispositionem experiuntur, conuenire: quippe refrigeratorius est plantaginis succus. Subsequens uidetur mihi componi ex eodem, quē tamen in prioris usu autor reprehēdit, ceu refrigerās reddiderit medicamentū: deinde propter hoc castorei momentum adiecit, & non nihil aloes, ut quæ purgare potest: item mastichen, ut stomacho idoneam: crocum & myrrham ad concoquendum efficacia, eoq; neq; hoc medicamentum, neq; quod præcedit in stomachica dispositione adhibuero, ut quæ nullam recte curare queant, præter abūde calidam. Hoc pacto conscripsit: Plantaginis succi aridi drachmæ decem, aloes indicæ drachma una, mastichæ tantundem, croci oboli duo, opij oboli tres, castorei tantundem, myrrhæ drachma una; in ciceris magnitudinem pastillos cogito.

Similiter neq; quod subsequitur citra distinctionem recte quis in alia dispositione assumpserit, quæ modicam siccitatem & astringentiā requirit, ob humores paucos sanè, uerū qualitate prauos. Constat enim ex electro & mastiche, quod in hunc modum tradidit: Electri, mastichæ chiæ. Electrum copiosius indit; dato cochleari unum læuigatum aqua.

*Quod post cōmemorata medicamēta succedit, in eum modū scriptū inuenitur.*

*Stomachice Galli, dispositioni quæ calefieri incidiq; postulat utilis est, ex fœniculo, aceto, & melle composita, quam ad uerbum ita Andromachus tradidit: Stomachice Galli.*

- » Fœniculi radicis corticis selibra, aceti acris sesquifextarius, aloes unciæ tres, mel
- » lis atticī libra una; radices lotas aceto ad tres dies macerato, deinde aloē inpergito, ac dato cochlearia tria ex aqua. Alctius autem sophista scripturæ adiecit, rutæ, & apij feminibus grauium, singulorū manipulum, iubens cum radicibus macerari et coqui ex aceti sextario dimidio, mellis libris duabus, atq; hanc cōmendat, Secundum prius comprehensas Andromachus ita scripsit ad uerbum.

*Stomachice Nicofrati.*

- » Puri electri, chiæ mastichæ, iridis illyricæ, singulorum unciæ quatuor, rosarum
- » floris unciæ duæ: dato sicci læuis cochlearia duo ex aqua lactaria; statim enim dolorem aufert. Vase corneo reponatur.

Hoc quoq; medicamentū palam constat magis astringere, eoq; poscit affectū humidiores, ex humoribus neq; multis, neq; admodum mordacibus; in quibus puto autorem medicamenti expertum esse, aut utentem eo continue agrotū à dolore liberaffe, ac generatim hoc de medicamento pronunciaffe, quod statim agrotum dolore liberet, cum non possit in multis hoc facere.

*Postremum medicamentum Andromachus hoc pacto prodidit: Ad stomachicos.*

- » Fœniculi radicis corticis drachmæ duæ, uini cyathi tres; coquuntur ad dimidias, ac dato

ac dato totum: hoc calefacit, poscitq; dispositionem quæ calefieri desiderat.

*Quæ Asclepiades in primo interiorum stomachica medicamenta tradiderit.*

Incepit itaq; ea in hunc modum: Ad stomachi subuersiones. Quas autem nominet subuersiones, non indicauit manifestè: potest etenim & fastidia dicere, item nausebundas dispositiones post cibum oborientes: interim enim unum hoc solum symptoma accidit post cibum, si paulò uehementius moueantur, statim euomunt. Vocant etiam nonnulli huiusmodi stomachicos, & resupinari stomachum ipsis pronunciant. Comitatur hoc accidens interim solam oris uentriculi imbecillitatem, cum non potest cibos similiter toto uentris spatio cõprehendere: interim cum eo quod prauam quãdam humiditatem exiguã contineat: sicut etiam praua admodũ, citra cibum nauream solet excitare. Verũ quæ uocatur uulgò stomachi resupinatio, fit etiam ex intemperie quacuncq; citra humorũ malitiam: quin & ex humiditate copiosa quidẽ, non tamen maligna qualitate: nam stomachus copiosa irriguus humiditate, laxatur, neruis similiter colligantibus. Hæc itaque dispositio curatu inter omnes propè facillima est, medicamenta requirens quæ humiditatem siccare, corpus laxatũ contrahere ac stringere possunt. Vbi igitur humiditas crassa uiscosaq; per altum exporrecta est, conducit usus medicamenti quod extenuet, & ut ita dicam, erodat, quale est acetum & oxymel. Cum autem neq; huiusmodi humiditas est, neq; per altum affligit, sola astringentia curare possunt: itaq; propositum in oratione medicamentum, non moderatis resupinationibus, sed etiam ualidioribus medetur: ipsis aut̃ moderatis, si astringentia sola quis miscuerit, aut etiam ex calefacientibus aliquod, frigidam dispositionẽ sentiens. Abunde indicatur frigidior dispositio, si præter ægrotantis sensum, nulla sitis urgeat. Cum enim neq; siticulosus fuerit, neq; æstum sentit in uentriculi ostio, constat non calidam esse dispositionem. Idonea igitur sunt ad eiusmodi uentris affectus, cõprehensa quatuor medicamẽta, ac ego nunc ea describã, secundum ipsius Asclepiadis uerba, & ordinẽ.

*Ad stomachi subuersiones.*

Mali punici acidi nucleorum contusorum succi sextarij tres, menthæ succi sextarius unus, mellis attici tantundem: coniecta in uas fictile coquito, mouens continue, & ubi spissitudinẽ acceperint, sublata ab igne reponito, Cum usus postulat, dato ante cibum mystrum unum, aut etiam duo.

*Aliud, facit dysentericis, etiam cibum uomentibus.*

Mali cotonei radicis librã unam, uini myrtitis sextarij tres: coquito ad tertias, deinde expresso liquore adijcitur mellis attici sesquilibra, & rursus incoquito, continuo agitans, excipiensq; dato in modum prædictum.

*Compositio ex fructibus diaoporon: facit ad stomachum subuersum, coeliacos, & dysentericos.*

Mala cotonea numero decem, sorba numero quinquaginta, mespila totidem, rhus rubri sextarius, aquæ congij septem: fructus contuli, coniectiq; in aquam, coquentur curiose, ac ubi dissoluti fuerint, liquor exprimetur, rursusq; incoquetur, abiecto ex fructibus cortice: & cum tertia liquoris pars relicta fuerit, adijcientur mellis attici libræ quatuor, coquenturq; in prunis, ac mouebuntur continue: ubi spissitudinem acceperint sublata reponentur: usus indicatus est. *Aliud.* Sorborum maturorum sextarius unus, myrtorum nigrorum, rhus syriaci, prunorum syluestrium, mespilorum, singulorum sextarius unus, palmularum thebaicarum libræ duæ, mala cotonea decem, mala punica integra cum nucleis decem, musti aminæ sextarij quadraginta octo: præparato in modum prædictum: humorem expressum diligenter incoquito, ut in spissitudinem coeant, & utitor quemadmodum comprehensum est. Similiter commemoratis facultatibus quintam hoc pacto scripsit Asclepiades.

*Catapotia ad stomachi subuersiones bona, & probata admodum:*

- » Rosarum floris drach. octo, myrti nigrae fructus sine nucleis acetabulū, alterci  
 » seminis acetabuli dimidium: terito simul studiose, paulatim adijciens passi quantū  
 » sufficit, deinde his palmularum patetarum decem carnem admiscens: & ubi simul  
 » laeuigaueris, in catapotia ciceris instar cogito, datoq; terna quaternaq; ex mulse ue  
 » teris temperatae cyathis duobus. Atq; hoc medicamentū in iisdem dispositionibus  
 » utile est, in quibus etiā hoc praecedentia quatuor. Voluit aut ipsius autor, quod al  
 » terci semen admiscuerit, dolori arcendo id magis idoneum, & somno conciliando  
 » efficere, necnon siccare. Quis enim ignorat alterci semen refrigeratorem quādam  
 » uim obtinere, sicut & papaueris, eoq; ad calidas dispositiones conuenit. Simile  
 » praedicto medicamentum deinceps hisce uerbis conscripsit: Rosarum recentium  
 » fibris exemptis drachmae octo, papaueris albi seminis drachmae quatuor, alterci  
 » seminis drachmae duae, aloes oboli tres, asari oboli tres; aqua dissoluta in orbiculos  
 » cogito, ac dato instar ciceris. Septimum post commemorata medicamentū A scle  
 » piades tradidit, adijciens ipsi distinctionem a symptomate apparente: dicit enim  
 » aestuantibus conuenire ipsum, eoq; ad ipson, hoc est, sitim arcens nominat. Compo  
 » sitionem ipsius hanc tradit.

*Aestuuantibus catapotium sitim arcens.*

- » Cucumeris domestici seminis drachmae octo, portulacae seminis tantundē, tra  
 » gacanthi drachmae quatuor; tragacanthum ouorum recentium albore dissoluito,  
 » ubi dissolutum fuerit, tritum diligenter reliquis adijcito, miscensq; catapotia fingi  
 » to, & siccato in umbra, ac dato unum sub lingua tenendum, & humorem qui dis  
 » soluitur, deuoret. Quod hoc sequitur, refrigerat simul & corroborat stomachum  
 » flaccidum, humida & calida dispositione laborantem. Scribit de eo ad uerbum  
 » ita Asclepiades.

*Aliud, ualet ad stomachi subuersionem, praesertim utile ijs qui astu & seruore torquentur.*

- » Rosarum uiridium foliorū drachmae sex, glycyrrhizae drachmae quatuor, nar  
 » di indicae drach. quatuor: uino dulci aut passo excipito, & facito catapotia, ac dato  
 » unum sub lingua tenendum: aut dissoluēs aqua frigida, ciceris magnitudine dato  
 » potui. Nonum post superiora medicamentum hisce uerbis tradidit.

*Ad singultum, stomachi imbecillitatem, & cum cibum reiecit.*

- Reiectio igitur, hoc est, uomitus, ex genere resupinationū existit. Quum enim  
 » ualide uentris os affectum est, hoc accidit, quemadmodū dixi: & in prauis humo  
 » ribus quos uenter propter imbecillitatē abijcere impulsus, nausae symptoma ex  
 » peritur, idq; cum cibo assumitur, & ob imbecillitatem extremam post cibum hoc  
 » patitur. Quae igitur ob humorum prauitatem fiunt resupinationes, picra celerrime  
 » perfanat, prauos humores expurgans. At quum uomitus ex stomachi grauati  
 » imbecillitate accidunt, remedium ex intemperiei correctione petitur. Haud raro  
 » autem accidit ut non solum stomachus, sed etiam uenter ex imbecillitate, dum  
 » ciborum pondus ferre nequit, ipsos eiciat, interim per inferiorem partem, ubi  
 » stomachus illa robustior fuerit: interim per superiorem ob stomachi imbecillita  
 » tem, quo tempore hic inualidior fuerit inferioribus. Hoc igitur accidens quod in  
 » uomitu euenit, unum sanè est: uerum subinde comitatur dispositiones diuersam  
 » curationem exigentes. Pariter & singultus nonnunquam sanè stomacho obue  
 » nit, ex frigiditate, aut repletionem: nonnunquā uero ob humorum acrum, & qua  
 » litatū medicatarū rosionē. Non igitur est inuenire medicamentū omnibus praedi  
 » ctis dispositionibus idoneū. Porro quae deinceps ordine tradidit Asclepiades duo  
 » praeter alia medicamēta, ostēdit substantiā habere ab humana natura multū diuer  
 » sam: quae maxime inter omnes corporis particulas stomachus nō tolerat, propter  
 » sensus abundantiam. Molestatur itaq; uehemēter etiā cum stomachicū medicamentū  
 » in ipsum



in ipsum defluerit, quod chalcantum, aut huiusmodi aliquod obtinet. Etenim quod fructibus constat, ex esculenta factum est materia: chalcantum uero, hominis naturæ maxime aduersatur, quemadmodum & mandragora. Vitari itaque debent duo hæc medicamenta, quæ ex chrysohalano, & mandragoræ radicis corticis succo composita sunt. Apponam tamen ipsorum quoque compositionem. Prioris in hunc modum conscripta est: Chrysohalani libra una, mastichæ chiæ selibra, mandragoræ radicis corticis uncia tres: contusa cribrataque menthæ succo excipito, ac in catapotia cogito, datoque obolos tres, cum tribus aquæ cyathis. Secundi medicamenti compositio hæc est: Mastichæ chiæ libra una, mandragoræ radicis corticis uncia duæ: contusa cribrataque reponito: ubi usus exigit, dato, cochleariū aquæ frigida cyatho inspergens. Post commemoratas facultates, Asclepiades ita scripsit: Ad iliosas stomachi subuersiones. Putauerit aliquis iliosas ipsum nominare ualidas: sicut enim in ileo, cum uehementi conatu oriuntur, ut etiam stercus euomat, ita et alios uomitus qui ualentes sunt, poterit aliquis iliosos appellare. Sequuntur hi maxime particulas affectas, dum à sanie medicata molestantur: si autem imbecilliores fuerint, malum duplicatur. Huc ergo medendi consilium dirigatur, simul quidem ut affectis particulis qualitates odoras accommodemus, qualia sunt aromata, & nonnullorum seminum esculentorum, quale est anisum, apium, daucum, cuminū, & feseli. Idcirco & Hippocrates in pleuriticis, purgans cum dat medicamentum, horum aliquod misceri iussit, hunc in modum scribens: Quod si dolor infra septum transuersum fuerit, ad clauiculam aut non pertineat, uenter emolli debet nigro ueratro, aut peplio: nigro quidem daucum, aut feseli, aut cuminū, aut anisum, aut aliud quoddam odorū miscendo. Videtur enim in his bono ipsorum odore maxime ad misturam indigere, quo medicamentosum, quod est humanæ naturæ contrarium, mitigetur, obtundaturque. Quemadmodum enim foetida omnia stomachum subuere solent, ita odora corroborare: sin autem præter hoc etiam esui esse possunt, multifariam iuuabunt stomachum, ex saniei malitia subuersum. Hac nimirum ratione anisum apiumque superioris medicamenti autor miscuit: item absinthium, eo quod detergit exteritque, et subducit qui in stomacho hærescunt prauos humores: particulam uero contrahere solet, & astringere, roburque ei adijcere. Cinamomum tanquam omnibus foetidis, putridisque saniebus aduersum, utraque ipsius facultate, alteratrice & digestoria: quippe quod non exiguum ex odoris gratia præsidium prauis omnibus dispositionibus afferat. Opiū uero modicum medicamēto miscuit, sensum stomachi hebetare cupiens: qua ratione etiam coeliacis ipsum exhibemus, siue torpidum quendam somnum inducere uelimus. Porro autor medicamenti, cum uehementem ex opio refrigerationem uellet corrigere, miscuit ei castoreum facultati ipsius contrarium: eadem etiam ratione piper additum est. At de myrrha id scire operæ precium est, quatenus facultas ipsius humores præter naturam & prauos concoquit, eatenus congruè admixta est: quatenus autem medicamentosa est, non congruè. Verum paucitas ipsius ad concoctionem non nihil conducit: qualitatibus uero absurditas non indicatur, ut quæ ab odoriferis superetur. Ego itaque propositum medicamentum etiam citra myrrham præparare consueui, omnium medicamētorum usus ad securius conans deducere, ac præsertim cum acute febricitanti tale quiddam datur. Itaque medicamentum hoc, cinamomū, semina calida, urinā cientia, piper, & præterea castoreū opiumque recipiēs, multis affectibus utile merito redditur, interim cum uino stomacho cōuenienti exhibitum, quale est passum, interim ex myrtorū decocto, ut in dysentericis, aut ex oxymelite, ut in lienosis, in cholera autem ex frigida, quemadmodum Asclepiades conscripsit, uerum distinctionē adiungens, num litiolior sit quam antea, an fastidij calidi sensus in uentriculi ostio molester, an aquæ potator fuerit

cum ualeret. Ego sanè hoc medicamentum ad securiorem rationem ducens, myrham omisi, auxiꝫ piperis quantitatem. At cum id plurimum cinamomi recipiat, necessarium nobis est, ut ubi cinamomo caremus, casiam optimā iniiciamus, uel duplo copiosiore cinamomo, uel certe non pauciore. Porro temperatura medicaminum quæ miscentur, ab Asclepiade tradita, in hunc modum habet,

*Ad iliosas stomachi subuersiones, pastillus amazonum: bene facit inflationi stomachi, ardori, & cibum uomentibus: ualet etiam ad interiorum dispositiones.*

» Apij feminis, anisi, singulorū drachmæ tres, absinthij drachmæ quatuor, piperis drachmæ duæ, myrrhæ tantūdem, cinamomi drachmæ sex, opij drachmæ duæ, castorei totidem: fingito ex aqua pastillos, datoꝫ ad summum drachmam unam 10  
 » stomachicis, cum passi diluti cyathis tribus: cholericis, cibumꝫ uomentibus, ex  
 » frigida: cœliacis & dysentericis, ex myrtorū decocto: lienosis autem cum oxymelitidis calidi cyathis tribus. Aliud medicamentum deinde Asclepiades recensuit, non solum ad iliosas stomachi dispositiones cōuenire promittens, sed etiam ad intensos singultus, & eos qui ex æstu, quod est multo calore, stomachicos se sentiunt. Dictum à me est subinde, fieri non posse, ut medicamentum ad multas dispositiones optimum inueniatur: quippe unicuiꝫ ipsarum aliud proprium melius reperitur: uerum ijs qui uolent unum habere medicamentum ad multos affectus idoneum, & horum compositio & preparatio utilis est. Comprehenditur tamen etiam dubitatio quæpiam in huiusmodi medicamentorum titulis, qualem Asclepiades præposito nunc indidit. Putabunt enim forsan nonnulli eorum qui ignorant, singula tria accidentia illud polliceri curare, & cum duo congregiuntur, & omnia simul, quemadmodum cum turbatur uehementer nauseans ægrotus, & singulit, caliditatemꝫ multam, fastidiosamꝫ in stomacho percipit. Et primum de huiusmodi dispositione agam, in qua tres simul affectus hominē infestant, ardoris sensus, singultus, & iliosa dispositio. Hippocrates igitur cōuulsionem fieri dixit à repletionem & inanitionem: adiectumꝫ est Aphorismo in omnibus ferè exēplaribus, sic & singultus. Ego in conuulsione tertiam causam præter euacuationem & repletionem, nullam appositam offendi: singultū uideo etiam citra hæc oboriri, nonnunquam acribus humoribus aut sanie medicamentosa stomachū erodente, quas si euouerint, statim singultus cessabit. Iam multi medicamento ex triplici pipere epoto, si statim uinū supbiberint, omnino singultiūt, quorū unus sum & ego ipse. Præterea etiam cibo in mordacem qualitatem corrupto, nonnulli singultiunt, ac quod per uomitum statim desinūt, omnibus cognitum est. Non desunt qui rigorem in ore uentriculi experti, singultiāt: maxime autem pueris accidit, ut cōtinue singultiant, tum ex cibi in uentriculo corruptione, tum partis perfrictione. Quod si etiam eximia inanitione obortus fuerit singultus \*, quemadmodum et cōuulsio, dignum inspectione est. Verum si in præsentia hoc considerare omittētes, eos qui ex perfrictione, aut ciborū copia grauātur, aut acrimonia mordente inspicimus, uomitum sanè inueniemus abunde his mederi, qui ex copia aliqua, aut rosione sin-

*Vetus addit, maxime paruulis.*

Confert

Confert etiam qui uomitu conturbantur, ob humores in supra scripto medicamento comprehensos: uerum non similiter illi aliud quoddam odorum obtinet, neq; cinamomum. At refrigerantium in eo mistura stupefaciendi sensus efficax, eo quod molestiam, quæ ex rodenti & sanie & humore excitatur, leniat, uerè idoneum ad nauseabundam dispositionem imminuendam medicamentum efficitur. Quoniam uero & æstuantibus stomacho conuenire dixit medicamentum, renititur autem huic costus, opere precium est non nihil etiam de hoc disputare. Quemadmodum in colicis antidotis, quæ quod dolorem auferat anodyna à quibusdam dicuntur, quale est etiam Philonis, huc compositio medicamenti spectat, ut dolentium sensum frigiditate enecet: ne autem id magna offensa eueniat, frigiditasq; corpora dolentia altius penetret, calefacientia admixta sunt, quæ refrigerantium stuporem possunt deducere, tanquam illa ipsa per se tarde permeent. Hæc igitur ubi aliquis audiuerit antea, consideret quantitatem simplicium medicamentorum quæ in compositionibus miscentur: ex hac enim sciet amplius ne quippiã, quàm quæ promittit compositum medicamentum possit efficere, an minus. Si enim refrigerantia plura appareant, sensum affectorum magis obtundent: quantum uero caliditatis in particula fuerit, etiam hanc extinguit. Quod si calida aucta sunt, minus quidem hæc præstabit medicamentum, uerum innoxium magis euadit: quippe sciendum est corporibus uiuentium simile quid mortificationi ab omnibus quæ ex opio, alterco, & mandragora fiunt medicamentis, accidere, dum causæ quæ dolorificæ sunt, redduntur insensiles: ac multi qui continuò huiusmodi usurpant particulas, in frigiditatem immedicabilem deduxerunt. Quemadmodum autem in refrigerantium calefacientiumq; oppositione, quantitas utrorumq; præpollentem medicaminis functionem ostendit: eadem ratione etiam in alijs considerare licet, nempe densantibus & rarefacientibus, aut contrahentibus & diffundentibus, aut odoris & foetidibus, aut humectantibus & siccantibus, digerentibus et cõnentibus. Vbi itaq; subiecerim his mixtorum quantitatem, ad proxima diuertar. Scribit aut ipsam Asclepiades hunc in modum.

*Ad stomachicos æstuantibus, ardore intensos singultus, & ilios stomachi dispositiones.*

Costi, spicæ nardi, chrysobalani, rosarum uiridium, mastichæ, singulorum drachmæ quatuor, aloës drachmæ duæ, asari tantundem, opij drachma una: excipito psyllij succo, fingitoq; pastillos, ac dato trium obolorum pondere: liquor esto dispositioni cõgruus. Post cõmemorata, antidotum paulò ante scriptum, hieram ex aloë, & cinamomo confectam, inter Andromachi medicamenta etiam ipse non secundum eandem temperaturã tradidit. Sonant uerba ipsius in hunc modum.

*Antidotum hiera Themisonis ad stomachi subuersiones: ualet & æstuantibus, & ad omnem inflationem, tardam concoctionem, & uteri affectus. Est etiam ad urinam probe efficax: summam facultas admirabilis, hydropticis, iecorarijs & nephriticis: quin & mulieribus menses educit.*

Aloes drachmæ centum, mastiches uncia una, croci tantundem, nardi indicæ, cinamomi, carpobalsami, asari, singulorum uncia una: cõtundito incernitoq; cribro tenuissimo, seruatoq; siccum, & ut perspirare possit: usus est ad tardam concoctionem, & ijs qui ita ualent drachma una, cum quatuor aquæ frigidæ cyathis datur: ijs autem qui bilem uomunt, aut alio modo fluxione laborant, drachmæ dimidium: illis qui inflammatione quadam interiore afficiuntur, conuenit ex hydro-melite potatum. In quibus autem urinam, aut menses educere statuimus, medicamentum ex uino propinamus: esto tale quod inspergi possit. Hæc sanè Asclepiades de proposito medicamento disseruit. Inspiciamus autem primum in medicamentorum, quibus illud constat, quantitate quatenus cõsentit, dissentitq;: deinde ordine de ipsius titulo & usu. In mixtura sanè medicamentorum inter se concordant, & Andromachus & Asclepiades, quod aloës drachmas centum iniiciunt.

discordarunt autem, quod Asclepiades simpliciter aloës scripserit, Andromachus uero clotæ addiderit: item quod Asclepiades aliorum unciam miscuerit, hoc est, pondò drachmas argenteas octo, aut septem semissem, sex autem Andromachus: præterea quod Asclepiades balsami fructum, Andromachus xylobalsamum inijcit: ad hæc, quod neutiquam Asclepiades florem iunci odori miscet. In titulo autem medicamenti operum Andromachus nihil aliud scripsit, quàm ut quibusdam da retur cochlearium unum, quibusdam duo, cum aquæ frigidæ cyathis quatuor, aut ealidæ. At Asclepiades plura de usu propositi antidoti tradidit. Etenim ad difficiles sanorum concoctiones dari iubet, cum aquæ frigidæ cyathis quatuor: puto autem ipsum dicere drachmam argenteam: etenim sic ferè omnes recentiores medici 10 nominare solent: aliud uero intelligere nos nihil rei natura cogit. Constat autem drachmā nunc in eiusmodi uniuersos dicere, quod Romani denarium appellant. Verum in tarde coquentibus non uniuersis medicamētum dare conueniet, sed in illis solum, in quibus ob humores prauos accidit: magis autē cum tenues fuerint et bilioli. Porrò molietur quandam quietem etiam ijs, qui humida citra succos intemperie conflantur, quæ ad eò affectam particulam erolit, ut dissoluatur laxeturq̃: consimiliter neruis colligantibus in articulis relaxatis. At in ijs qui bilem in uentriculo cōtinent, præsertim in quibus inter ipsas tunicas altè comprehenditur, præstantius medicamētum non inuenias. Verum haud noui quomodo paucum ipsius Asclepiades exhibeat, cum mediocris mensura ad drachmæ dimidium adæquetur. 20 Porrò ad eos qui inflammatione quadam conflantur, non absolute dandum est quouis inflammationis tempore, uerum ubi concocta fuerit & declinauerit. Concoctis enim medicandum recte sensit Hippocrates, non crudis: neq̃ per initia, nisi turgeant: hoc est, nisi ad excretionem motus impellatur, & nondum ullam habeat ad unam partem inclinationem firmam, stationemq̃. Recte autem medicamētum hoc tarde coquentibus uomentibusq̃ bilem, aut alio modo fluxionis stomachi tentatis, inspergendum aquæ cyathis quatuor exhibet, ueritus subuersionem, quæ ex melle stomacho oboritur. At cum declinant inflammationes internæ, cum hydromelite opportune hoc exhibebis: quemadmodum & cum urinam mouere instituis, aut menses euacuare. Asclepiades quidē ex uino ait. Satius 30 autem mea sententia faciet aliquis, si ex mulso medicamentum exhibeat: sic enim simul & in digestionem ex uentriculo, & delatione ad urinas, etiam ea quæ uteris inherere dissoluunt, incidunt, & robur particulis adhibent, per quas iter moluntur. Præterea calorem locorum augebūt per quæ feruntur, qui confert et ipse non mediocriter ad humores inhaerentes diffundendos euacuandosq̃. Post commemoratam hieram Themisonis antidotum, Asclepiades in hunc modum scripsit.

*Alia ex Mantiaë medicinis, Attalice: confert stomachicis, & ijs qui cibum reijciunt: item cholericis, cœliacis, dysentericis. Compositio autem in hunc modum habet.*

» Croci drachmæ duæ, nardi tantūdem, alterci feminis drachma una, aloës, balau- 40  
 » stii, tragacanthæ, piperis albi, acaciæ, rheu pontici, rhus syriaci obsoniorum, singu-  
 » lorum uncia una: rosarum decoctarum succo in uino austero excipiens in pastil-  
 » los cogito, qui singuli drachmam pendeant: chalcantio autem prius succo made-  
 » facto, unito. Hoc medicamentum prædicto haud uidetur assimile: quippe illud  
 » purgat, hoc astringit: ijs qui ex multa humiditate stomachum habent resolutum  
 » laxumq̃, aut etiam totum uentrē, congruū: quemadmodum etiam in articulis rela-  
 » xationes fieri solent, ligamentis ipsorum humiditate imbutis, quæ plerisq̃ medi-  
 » cis neruos colligātes nominare consuetudo est: multæ enim huiusmodi dispositio-  
 » nes, tum in uentre, tum in stomacho oboriuntur ijs qui multo potu utuntur, & co-  
 » piose fructus humentes, aut in totum cibos talis temperamenti assumpserunt.

Cum

Cum itaq; multi eiusmodi uictus ratione usi sint, merito etiam commemoratę dispositionis medicamenta plerunq; probantur astrictione excellenti prędita: ubi uero uel prauos humores euacuare oportet, uel affectam particulam calefacere, non solum nihil iuuat ita astringentium medicaminum usus, sed etiam offendit. Nam post commemoratum medicamentum, duorum aliorum Asclepiades meminit, quę & ipsa egregia sunt: constant autē ex multis utraq; eorū in multos usus adhibentur, magisq; secundum. Quod autem huiusmodi sit, quale illud esse prędicat, si simplicia in eo medicamēta in memoriam repetamus, quale sit unūquodq;, audiuerimusq; de ipsa cōponēdi methodo, poterimus de hac quoq; ferre iudiciū.

*Aster stomachicus. Bene facit quibus cibus acescit, qui intestinorum torsionibus crucientur, distillationibus, capitis doloribus, sanguinem spuētibus, phthisicis. Conserit & ad uesicę uteriq; dispositiones. Compositio in hunc modum habet.*

Mandragorę succi, myrrhę, balaustij, castorei, croci, singulorum drachmę quatuor, opij drachmę sex, anisi drachmę octo, apij seminis, styracis, singulorum drachmę octo, hyssopi cretici drachmę duodecim, alterci albi seminis tantundē: composito in modum prędictum, singuloq; pastillos, & exhibeto prout uires sunt; liquor autem sit dispositioni conueniens.

*Aliud. Aster insuperabilis: medicamentum probatum ad dolorem leniendum, somnum conciliandum, uariosq; usus. Etenim stomachi morbis mirificę medetur, acidus ructus, & difficilem concoctionem discutit, torsiones, singultus, inflationes. Conserit etiam capitis doloribus potum, & extrinsecus si illinatur fronti aceto subactum. Iam ualet & ad aurium dolores perdicij succo pastillus dilutus: item ad dentiū dolorem foramini impositus, leuigatus & galbano exceptus, aut fici liquore. Conducit ad oculorū epiphoras, tonsillarum inflammationes, uino dulci dilutus, ut in oculis quidem lana madens imponatur: nam in tonsillarū affectibus ex tepido iubeto gargarizare. Item prodest ad omnem sanguinis eruptionem, uino myrteo dilutus: item ad tusses ueteres, & recentēs, distillationesq;, uino theriaco dissolutus, aut passo, aut scybelite. Ad hęc conserit phthisicis purulentis, marrubij decocto solutus. Vtilis est sanguinem excreantibus, dysentericis, cholericis, polygoni succo subactus. Insuper ad omnē serpentis ictum, cum rutę decocto potus: soluit etiam accessiones quę per circuitum redeunt, si horis duabus antequam morbus inuadat, cum uini temperati cyathis tribus bibatur. Pręterea menses muliebres educit, artemisię decocto solutus: facit etiam ad uesicę dispositiones, mulso dilutus: similiter uulnē strangulationi medetur: sic articularijs, podagricis, gentiane decocto dilutus. Et de his quę perficit, hætenus. Compositio autem in hunc modum habet.*

Myrrhę, styracis, nardi indicę, casię fistulę, sigilli lemnij, mandragorę corticis singulorū drachmę quatuor (in alio piperis drachmę quatuor scriptum est) croci, liquoris papaueris, singulorum drachmę sex, dauci cretici seminis drachmę octo, anisi tantundem, seseleos mafaleotici drachmę octo, apij seminis tantundem: myrrham, styracem, & opium uino odoro dissoluens leuigato, arida uero contundito cribratoq;, deinde simul misceto maceratoq;, & in pastillos drachmam semis pendentes coguntur, siccanturq; in umbra. Vfus alibi indicatus est, pastillorum pondus drachma una.

*Quę Archigenes in primo medicamentorum secundum genus scripta reliquit, de stomachi affectibus.*

Quū multi sint stomachi affectus & diuersi, ijq; ferē omnes magna parte ex cruditate oriantur, modis omnibus prospiciendum est; si quidem aquarum, aeris malitia ostendatur, quam maxime licet, uia ac ratione hęc immutari oportet: sin autē insolitorum ciborum uitium in causa fuerit, hos auersari; at si propter copiam, cibos imminuere. Summatim, ex quocunq; fieri suspicati fuerimus, hoc amouere. Quod si omnia commemorata ordinate se habuerint, ab ipso autem stomacho cōctiones impediuntur, uctionibus, exercitijs, superfulionibus, & id genus alijs stomachus roborari debet. Porro acidum ructantibus ante alium cibum, coriandri

» cochlearium esui dato, ac meracum superbibat: ubi cruditas mediocris, & solu-  
 » tu facilis oborta fuerit, longiore tempore in lecto conquiescendum est: si nego-  
 » tia non permittant, quantum licet. Omnis conatus, lassitudo, præterea astus, et ira  
 » uitari debent: tardius autem quam consuetum est, in calida lauabunt, & in bal-  
 » nei uestibulo tepidam aquam bibentes, eructabunt omnes quæ in stomacho con-  
 » gregatæ habentur pituitæ. Pauco & potu, & cibo utendum est. Quod si ualida ci-  
 » borū corruptio oboriat, & rosio stomachi, eructentq; illos, præterea nauseent,  
 » repida epota cogito euomere, usq; dum totum, id quod corruptum est, educatur:  
 » deinde capite pinguibus linteolis ad ignem calefactis obducto, aut aliqua huius-  
 » modi leui ratione, fotuq; stomachi & præcordiorum regiones solare. Extrema 10  
 » pingui manu demulceto, aut superfusione, & in lectulo conquiescere sines, ita ut in  
 » totum sequenti die à cibo abstinenceatur, si nihil sequatur absurdi. Quod si robusti sint,  
 » ut prædictum est, postquam lauarint, curam sui habeant: sin imbecilles, mediocri-  
 » ter die interpolito recreatos, sequenti lauato, iubens ut ad tres usq; dies in cibo po-  
 » tuq; moderate se gerant. Cruditatis iraque talis quædã, ut ita dicam, curatio est: de  
 » his autem quæ ab ipsa proueniunt, nempe profluuium alui, aut cholera, aut eiusmodi,  
 » suo loco exponet. Porro in alijs stomachi difficilibus molestijs, ijs sanè quibus  
 » stomachus estuat, cum dissolutione aut animi deliquio, aut quodã fastidio cibi: ex  
 » quacuncq; tandem causa, præter febrim, cyathos tres, aut quatuor aquæ frigide for-  
 » hendos dato, bis aut ter per interualla: & si quidẽ hinc solamẽ experiant, hoc ipsos 20  
 » recreatos tanq; cibo, etiã alijs reficito. At si perseveret malũ, extremis deligatis sur-  
 » perfusisq; tatum diluto cõtinue, sobitionẽ dato, nempe palmularũ, malorũ coto-  
 » neorum, pitorũ mespilorũ, baccarũ iuniperi, capreolorũ uitis, rosarũ, mali punici  
 » sine nucleis succũ, uel nucleos pini uiginti, cucumeris seminis grana uiginti quinq;  
 » myrtorũ uiginti, croci obolos duos, rosarũ foliorũ duos ex aqua potui dato. Aut  
 » frigidam aquã ex omphacij succo dato, aut rosarũ florem cum nardo, & aqua fri-  
 » gida, aut portulacæ semine mixto, aut atriplicis semine, aut malorũ cotoneorũ de-  
 » cocum, aut cucumerũ semina quinquaginta lauia ex frigida dato, aut oryzam co-  
 » ctam cum butyro esui dato, aut tragoriganum laue cum aqua insuccatum, aut fa-  
 » bas ægyptias decem, nardi gallicæ obolos duos: frixa lauigataq; ambo potuida: 30  
 » to, adiectio mali punici acidi & dulcis succo, & aqua pari portione: aut ramuscu-  
 » lum menthæ lauigatum potui dato, aut cenanthen similiter tritam cum nardo in-  
 » dica potandam exhibeto, aut lentas cocias laues ex aqua dato, aut palmulas cum  
 » rosis, aut marrubij succũ cum melle: & ubi paululum cõquieuerint, uinũ cum po-  
 » lenta exhibeto, aut carda momi drachmã unam, cum oxy melitis cyathis tribus: ubi  
 » propinaueris inungito, & cõquiescere finito. At ijs qui saliuã abundã, aridam co-  
 » nyzam mandendã dato. Caterũ imponi debet extrinsecus stomacho uitis folia ui-  
 » ridia lauia, aut mala cotonea, aut palmula, aut mespila cum cerato, aut myrti folia  
 » tenera, aut rubi, aut lentisci, lauia cum tenui polentæ farina, frigida macerato, aut  
 » uiridis portulaca similiter preparata, aut caseus tener recẽs cum polenta, & apij fo-  
 » lijs, aut sereos folia ex aceto, cum polenta & apij folijs. Iis qui ardescunt ualide, ue-  
 » licam aqua repletã imposito, aut niuem inducito, aut cucurbitarũ ramẽta imponi  
 » to & summatim omnia qbus in cardiacis utimur. Dolores stomachi mitigat, præ-  
 » sertim in quibus tristitia, aut angor subsequit, lac asininũ, aut muliebre, aut bouillũ  
 » in quo calculi marini sint incocti, propinatũ: aut nardinũ unguentũ, aut aliqd sum-  
 » ptuosum cũ aqua exhibeto, aut iunci odoris floris decoctũ, aut etiã rosarũ flore in-  
 » sperfo, aut portulacæ succũ, nũc per se, nunc cũ nardo, aut oui luteũ frixũ molitũq;  
 » cum polenta propinato, aut nuces amaras cũ cucumeris semine et pini nucleo, aut  
 » lapathi syluestris seminis obolos tres porrigito. Omnes stomachi dolores & an-  
 » gores finit e pronunciat cochleã libycam crudã, si tota deuoret. Quod si ipse stoma-  
 » chus

chus dissoluitur, & nauseat, lactuce albae seminis momentū cum aque cyathis qua-  
 tuor potui dato: aut passerū sterco siccum inspergens polentę modo, deinde aquā  
 bibant, mox uinū, aut mastichę chie cochleariū, cum aqua frigida: aut coagulū ie-  
 iuno quotidie dato, & mandētes id cōtinue saliuā expuant: aut conyzam aridam  
 mandāt. At si præter flacciditatē, cum humore etiā inflāmatio quædā fuerit, cenan-  
 then cū meliloto, aut rosam aridā cum cerato rosaceo, quod exiguū resinæ deustæ  
 habeat, imponito: aut acacię & aluminis nō læuis æqualē portionē cerati duplica-  
 ta parte exceptā, malagmatis forma imponito. In ijs qui atrā bilem generāt, inflā-  
 turq; stomacho, induces eidem, præsertim in augmento, spongiās aceto acerrimo  
 calido imbutas: post hæc si perseverauerit, alumē liquidū cum chalcātho læui mel-  
 le exceptū imponito: aut hæc & aloen æqualē, mixta ipsis, cerato myrteo excepta  
 imponito: aut hederæ folia incocta uino applicato, aut plantaginē cum sale tritā,  
 aut bouis gregarij sterco aridū coctū in uino, aut marrubiū cū pane & rosaceo ma-  
 ceratū, aut bulbos rubētes, & alumē, æquali portione. Post hæc propinari ipsis de-  
 bet antidotus quæ apyretos dicit, aut hiera, aut alia quædā quā usu cōprobaueris.  
 Cibi cōgruētes stomachicis hi dari debēt, beta, lens, tragus, oryza, chōdrus, in qui-  
 bus decocta sint mala cotonea, aut palmulæ, aut mespila, aut mala punica granis  
 exemptis, aut pira, aut lentisci ramuli teneri, aut myrti, aut rubi admixti: panis autē  
 summē fermētatus, aut fermēti expers: ex oleribus crudis cichoriū, papauer, eryn-  
 gium, intybū, aut gingidiū, seris, lactuca. Ex coctis autē recte apponūtur præsertim  
 brassica, et lisarū. Ex reliquis decoctionibus, cochleę, et bulbi. Ex carnibus, uenter,  
 rostra, pedes, turdi, perdices, sturni, turtures, palumbi, anates, lepores, capreoli. Ex  
 piscibus, carides, astaci, columbenæ, carabi, teuthides, & sepia. Ex his quę durā car-  
 nem habēt, trigulę. Ex illis autē quæ testaceo indumēto uestiūtur, maxime sanē buc-  
 cina, purpuræ, pectines, cæsij, smarides, & balani. Porro lisarū post omnia assūm-  
 ptum ceustomacho cōueniens, ad uires reficiēdas in plurimis circa stomachū sym-  
 ptomatis cōpetit. Potus autem, uinum quod unusquisq; libenter assumit. At quæ  
 inflationem distentionemq; experiuntur, polij fasciculum decoquens propinato.  
 Aut calaminthæ decoctū ex cœlesti aqua exiguo mellis admixto & piperis dra-  
 chma dato. Aut spongiā aceto quam acerrimo madidam, pedibus brachijsq; im-  
 ponito, usq; dum pustulæ excitentur, maxime si etiā cibos reiiciāt. Aut farinam  
 foenugræci aceto maceratā, aut sinapi læue cum aceto inducito, usq; dum locus ru-  
 bescat. Aut psyllium aceto & aqua madidum, & in pila contusum, cochlearū car-  
 nium æquali portione adiecta, malagmatis formam efficiens imponito.

*Anodyna, hoc est, dolorem auferentia stomachicis.*

Cuminum frixum, & apium, singula exigua, cum aqua propinato. Aut aloes  
 obolos duos, cum mulso, aut uino, aut aqua potui dato. Aut abrotani et thymi, sin-  
 gulorum obolos duos, cum uino potui dato: ligamētis aut extremorū ualidis uti-  
 tor. In ipso stomacho cucurbitulis & fotibus diuersis. qd si admodū uehēmēs fue-  
 rit distētio, etiā sanguinis missio efficax est præsidium, & alui ex glande solutio. Post  
 cōmemorata, Archigenes de grandī fame (quā bulimō dicunt) & singultu, subscri-  
 pta tradidit. Extrema fame laborātes in uia uel alio quodam modo, recreabimus  
 acetum naribus offerentes, uel pulegium, uel terrā aceto madentem, uel poma, uel  
 pira, uel alios fructus similes, uel panem cum uino sumere cogemus: ex his enim  
 singulis subito excitantur: præterea suilla carne assa cocta q; & in totū omni quod  
 alit, maxime quæ nidorosum odorem bene cōditum copiosumq; repræsētāt: his  
 enim odoribus plurimū tales recreātur. Item extremæ partes deligari, ipsiq; exci-  
 tari debent, maxillas pungendo et crines, aut aurículas uellendo. Reficies autem  
 à dissolutione uiriū, panē ex diluta uini potione, aut etiā aliud quippiā qd subito  
 potest recreare exhibēs, exempli gratia oua sorbilia, bulbos, et cochleas. Et si flacci

» ditas stomachi ex humore hec singula auerfetur, etiam modica mensura, cum uim  
 » magnā obtineāt, statim corroborant. Singultientibus uero ruta cum uino sorben-  
 » da datur, aut nitrum ex mulsa, aut apium, aut castoreum, aut abrotanū, aut aristo-  
 » lochia, aut daucum creticum, aut cuminū, aut anisum, aut gingiber, aut scilla cum  
 » aceto & oleo, aut tordylum, aut dictamnū, aut nepita, aut acorus, aut asarum, aut  
 » nardus gallica, aut pulegium: priuatim singula & pariter.

*Medicamentum ex malorum cotoneorum succo, nostrum.*

» Magnę oris uentriculi dispositiones medicamentis nuper cōmemoratis curan-  
 » tur; moderatę aut propemodū omnes, praterq̃ quę ex aestu uehementi oriuntur,  
 » subscripto medicamine adiuuātur. Malorū cotoneorū succi sextarij duo, mellis atti-  
 » tici tantundē, aceti sextarius unus & dimidijs: quod si abunde fuerit acre, sextarius  
 » unus satis est: gingiberis uncię tres, piperis albi uncia una; arida insp̃ges, ubi succus  
 » malorū, cum melle & aceto igne molli coctus, mellis attici sp̃situdinē habuerit,

*Aliud medicamentum ex malorum cotoneorum carne.*

» Malorū cotoneorum carnis librę tres, mellis tantundem, aceti albi totidem, pi-  
 » peris uncię tres, gingiberis tantundem, petroselinī macedonici unciā una,

*Quę uentriculi orificio iniiciantur.*

» Omnia quę extrinsecus imponuntur, siue contrahant astringendo, siue indu-  
 » rent, pleriq̃ medicorum, haud scio quomodo, ut Asclepiades, & Andromachus,  
 » malagmata uocant. Nos aut̃ condonātes ipsi quod parum proprie nominēt, quę  
 » ad stomachi dispositiones scripserūt medicamēta utilia, nō solum illorū experientia,  
 » sed etiā nostra probata, nunc subiūgemus, ab ijs exor̃si quę Asclepiades tradiderit,

*Quę Asclepiades tradiderit medicamēta ad stomachi affectus in quarto interiorum, quibus*

*Marcellas titulum dedit.*

» Eueni ad stomachi euerfiones, grauesq̃ dolores: ualet etiam ad particulares in-  
 » flammationes. Oenanthę drachmę octo, croci drachmę duę, rosarū siccarū dra-  
 » chmę quatuor, meliloti, mastiches, electri, scobis, singulorū drachmę quatuor, pal-  
 » mularum carnis drachmę tres, uini myrtei quantū satis est; arida contundito incer-  
 » nitoq̃ tenui cribro, dissolutis myrteo ut cerati crassioris sp̃situdinē habeant, adiji-  
 » to carnē palmularū, ac rursus contusa, excipito cerato quod ex rosaceo preparatū  
 » sit, deinde illita in linteolū ori uentriculi imposito. Facit etiam ad oculorū inflam-  
 » mationes; cenāthę drachmę sex, croci, myrrhę, rosarum floris, meliloti, mastiches,  
 » aloes, mandragorę corticis, singulorum drach. quatuor, palmularum carnis uncię  
 » tres; excipiuntur cerato, quod ex rosaceo preparatum est.

*Medicamēta Asclepiadis cognomento philosophici, ad stomachi subuerfiones:*

*faciunt cœliaciis, & dysentericis.*

» Alterci feminis, apij feminis, singulorum drachmę quatuor, rosarum floris, ani-  
 » si feminis, hypocystidis succi, myrrhę, singulorum drach. duę, croci, opij, utriusq̃  
 » sesquidrachma: arida contundito, cribroq̃ leuissimo incernito, hypocystidē, myr-  
 » rham & papaueris liquorem, uino myrteo dissoluta aridis adijcito, fingitoq̃ pastil-  
 » los, & siccato in umbra: cum usus exigit, cōtundens quantum sufficit excipito mel-  
 » le cocto, deinde illita linteolo affectis locis imposito. Quod si ualida sit fluxio, ap-  
 » ponito hypocystidis succi aliam drachmam, & rosarum tantundem.

*Aliud Galli Marci Asclepiadij ad prædictos affectus.*

» Alterci feminis drachmę tres, rosarum floris drachmę duę, anisi tantundem,  
 » apij feminis drachmę quatuor, opij drachma una, hypocystidis succi drach. duę,  
 » myrrhę troglodytidis drachmę duę, croci sesquidrachma, uini myrtei quod satis  
 » est, mellis decocti quantū sufficit: preparato & utitor ad modū prædictū. Hac me-  
 » dicamēta bibuntur, & ualde iuuant. Vbi uero defluxio constiterit, & dolor se-  
 » quatur, adijcere oportet medicamēti confectiōni totidem drach. cerati ex rosaceo  
 » preparati.



præparati. Vbi aut̃ multa fluxio infestat, adijcio medicamento hypocyftidis succi 20  
drachmas tres, & rosarum floris aliam drachmam. Quod si uigiliæ superueniant, 20  
etiam liquoris papaueris aliam drachmam adijcito. 20

*Aliud Nicerati, cœliacis, dysentericis uehementer generosum.*

Oenanthæ drachmæ duæ, rosarum siccarum uncia una, mastiches uncia una, 20  
aloes uncia una, gallarum immaturarum uncia una, aluminis rotundi uncia una, 20  
acaciæ uncia una, ceræ libra una, picis brusilæ uncia tres, myrtei olei libra una, quæ 20  
liquari possunt aridis superfunduntur. 20

*Aliud generosum.*

Oenanthæ, omphacij, gallæ immaturæ, aluminis scissi, acaciæ, florum mali pu- 20  
nici, balauftij, mastiches, singulæ uncia, uini myrtei quantum aridis macerandis 20  
sufficit, palmularum carnis uncia sex. Excipito cerato quod ex lentiscino præpa- 20  
ratum sit: conficito, ac utitor in modum prædictum. Commemorata igitur medi- 20  
camenta uim magis astringentem obtinent: quæ sequuntur ab Asclepiade prodi- 20  
ta, mixtam, ut & inflammationes induratas persanent, idcirco etiam hepaticis con- 20  
ueniunt: liquidem illi quoque requirunt, ut aliquid astringentium laxantibus sit 20  
admixtum, non tamen limiliter stomachicis: nam in horum medicamentis astri- 20  
ctoria qualitas præpoller.

*Malagma Nilei inscriptum: facit ad præcordiorum dolores, discutit omnē duritiem, ualet contra  
attritus artuum, contractiones, quum declinant inflammationes impositum, bene facit lienosis & hepaticis.*

Ceræ, guttæ ammoniaci, olei cyprini, singulæ libræ, croci semuncia, aceti quod 20  
fatis est: ammoniacum ubi dissolueris, arida adijcito. 20

*Aliud, ex commentarijs Arij Asclepiadij.*

Guttæ ammoniaci libræ duæ: lauigatæ diligenter coniectæq; in uas fictile, salis 20  
floris libram adijcito, & olei cyprini sesquilibram: incoquito, lento igne utens, mo- 20  
uensq; continue. Vbi emplastri formam acceperint, adijcito ceræ libras duas: post 20  
quam liquata fuerint, & manus non inquinent, traiecta in pilam, rursus contun- 20  
dito diligenter, & excipiens utitor. 20

*Malagma Nilei croceum, medicamentum probatum ad commemoratas dispositiones: bene  
facit & erysipelati: hoc usus est Lycinius Atticus.*

Guttæ ammoniaci, ceræ, rosacei, singulæ libræ, croci uncia una, aceti quod satis 20  
est: præparato in modum prædictum. 20

*Aliud melinum inscriptum aromaticum, iecorarijs, stomachicis, præcordiorum distentionibus,  
omniq; neruorum doloris consensui utile.*

Ammoniaci thymiamatis, ceræ ponticæ, singulorum drachmæ centum, meli- 20  
loti drachmæ duodecim, croci, myrrhæ, bdellij, singulorum drachmæ octo, olei cy- 20  
prini libra. 20

*Aliud, prodest stomachicis, iecorarijs, præcordiorum inflammationibus, omniq; neruorum dolori.*

Ceræ drachmæ centum, croci drachmæ duodecim, guttæ ammoniaci drachmæ 20  
centū, myrrhæ drach. duodecim, bdellij drachmæ octo, sedimenti hedychroi uncia 20  
tres, uini dulcis quod satis est, olei cyprini libra: præparato ut ostendi. 20

*Aliud Neapolite aromaticum dictum, probatum ad internos affectus.*

Guttæ ammoniaci, ceræ, rosacei, singulorum libræ tres, sedimenti hedychroi, mel 20  
lis, nardi gallicæ, iunci odori floris, singulorum selibra, uini dulcis quod abunde 20  
est: arida macerato. 20

*Malagmata bona ad inflammationes absq; imbecillitate diuturnas: item iecoris similiter inflammationes.*

*Asclepiadis malagma quod dia melilotu, hoc est, ex meliloto hieroticum inscribitur,  
stomachicis, hepaticis, & uiscerum doloribus utile.*

Nardi gallicæ, cyperi, myrrhæ, singulorum drachmæ decem, cardamomi, croci, 20

- » amomi, singulorum drachmæ octo, meliloti drachmæ quadraginta, cypheos fa-  
 » crati drachmæ sedecim, ammoniaci suffiminis drachmæ quadraginta, resinæ tere-  
 » binthinæ drachmæ octo, ceræ mina una, uini odori italici hemina una: paratò ut  
 » prædictum est, atq; utitor.

*Aliud Basilicum dictum, faciens ad commemoratos affectus, omnemq; neruorum dolorem.*

- » Ceræ minæ tres, ammoniaci guttæ minæ duæ, resinæ frictæ mina una, meliloti  
 » mina semis, propolis, myrrhæ, nardi gallicæ, styracis, cyprini, iridis illyricæ, carda-  
 » momi, panacis, singulorum drachmæ uigenæ quinæ, croci, casia, mastiches, opobal-  
 » sami, amomi, iunci odorati floris, singulorum drachmæ sedecim, uini italici odori  
 » quantum satis est: arida macerans nardini asiatici aromatici libris quatuor, more  
 » consueto parato.

*Malagma polyarchium: facit peripneumonicis, stomachicis, splenicis, hydropicis: item ad affe-  
 ctus uesicæ aut uteri, atque omnem neruorum dolorem.*

- » Ceræ, resinæ terebinthinæ, bdellij, guttæ ammoniaci, cardamomi, cyperi, singu-  
 » lorum mina una, meliloti, amomi, nardi indicæ, croci, myrrhæ, thuris, cinamomi,  
 » singulorum drachmæ uigintiquinq; olei cyprini hemina una, uini italici quatum  
 » satis est: præparato ex more, & utitor interdum mero, interdum diluto cerato ex  
 » cyprino confecto.

*Polyarchi medicamentum: ualet ad dictos affectus, & omnem neruicū consensum:  
 facit item ad continuas cruditates, & in ijs quibus cibus corrumpitur, & bi-  
 lis per uomitum erumpit: ad omnes quoq; inueteratos affectus: usus est Iulius  
 Agrippa. Præparatur autem hoc modo.*

- » Castorij, amomi, piperis albi, & longi, singulorum uncia una et semis, myrrhæ,  
 » magmatis hedychroi, carpobalsami, croci, foliorū malabathri, casie rosam spiran-  
 » tis, panacis, nardi indicæ, opobalsami, singulorū uncia tres, iunci odorati floris, cina-  
 » momi, pyrethri, croci, cardamomi, singulorum uncia quatuor, cyperi, iridis illyri-  
 » cæ, aristolochiæ longæ & rotundæ, singulorum uncia sex, ceræ libræ quatuor, resi-  
 » næ terebinthinæ libræ duæ, resinæ laryngis uncia tres (in alio & bdellij, amonia-  
 » ci suffiminis, singulorū uncia quatuor) nardi asiaticæ unguenti libræ tres, uini fa-  
 » lerni quantum sufficit: ex more parato. Cæterū ego adijcio mastiches, cinamomi,  
 » ammoniaci suffiminis, styracis, aloes, opobalsami, singulorum uncias ternas.

*Andromachi malagma dia melilotu, hoc est, ex meliloto.*

- » Nardi gallicæ, cyperi, iris illyricæ, myrrhæ, singulorū drachmæ octo, croci dra-  
 » chmæ quatuor, meliloti drachmæ uigintiquinq; ammoniaci suffiminis, terebinthi-  
 » næ, singulorum drachmæ quinquaginta, ceræ drachmæ centum, cyperi hemine di-  
 » midium, aceti quod satis est. Sunt qui ammoniaci suffiminis drachmas centum im-  
 » ponant: facit ad interiora omnia.

*Polyarchi malagma ex epistola excerptum, ad omnia interiora.*

- » Cyperi, cardamomi, mina una utriusq; manna tantundem, ceræ tantundem, te-  
 » rebinthinæ frictæ mina una semis, aut liquidæ minæ tres, cyprini quod satis est. 46  
 » Ego uero & bdellij drachmam unam adijcio.

*Aliud, secunda descriptio.*

- » Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, balsami, singulorum mina una, ceræ  
 » mina una semis, resinæ frictæ minæ quatuor, cyprini hemina dimidiū, uini odori  
 » sesquihemina: præparato in modū prædictū, & utitor ut superioribus. Ego autem  
 » sic: Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, singulæ drach. ceræ minæ dimidiū,  
 » resinæ frictæ, aut terebinthinæ minæ quatuor, cyprini hemina una, casia, guttæ am-  
 » moniaci, nardi indicæ, croci, myrrhæ, singulorū minæ quatuor: uinū odorū addit.

*De iccinore eiusq; affectibus.*

Cum hoc opus postremum omnium conscribam, cuius sanè constare exi-  
 stimo

ftimo, alterutrum uerum esse, uidelicet, aut alios omnes quotquot ante conscripti  
 libros, inutiles atque superfluos existere, si quis ex hoc solo omnes affectus, qui me-  
 dicamenta requirunt, curare possit: aut si illi utiles sunt, ipsos primum esse legen-  
 dos, memoriaq; retinendos, ijs qui fructus aliquid ex hoc percepturi sint. Etenim  
 methodos ipsas curandi iam enumeratos affectus in quatuordecim libris Thera-  
 peuticis comprehendendi: nunc autem tanquam illas scientibus, in memoriam absq;  
 demonstrationibus illic explicatis reuocabo, indicans planè quomodo nos & re-  
 cte componamus medicamenta, & maiorum scripta iudicio examinata, in usum  
 proferre audebimus. Et sanè Empirici utilem hanc speculationem ( etenim suam  
 10 artem rationis asserunt expertem ) tractarunt: quippe qui omnia legenda cen-  
 sent, quæcunque etiam à præclaris scripta sunt medicis: non omnia uero in usum  
 statim producenda, sed prius iudicandum, num singula quæ pollicentur titulo, re  
 ipsa præstare queant. At nos experientiam haud paruam in quauis arte uim obti-  
 nere persuali, theoremata, tum ex logica methodo inuenta, tum ex rationali indi-  
 catione, ijs quæ Empirici de commixtione prodiderunt adijciemus, cum ostende-  
 rimus alibi quantum momenti ad ingrediendum utraque adfert tibia, tantum in  
 arte medica experientiam rationemq; præstare. In opere itaque de simplicibus  
 medicamentis, quod undecim libros complectitur, facultatem singulorum spon-  
 te nascentium medicamentorum, quo pacto quis inueniat, methodo pertractauim-  
 20 mus, progressiq; ad particularem eorum materiam, utilissimam quanq; ad artis  
 opera speciatim omnem descripsimus. Post hoc opus Therapeuticen exarauim-  
 us, ubi docemus quo pacto quis optime, non modo simplicibus, sed etiam com-  
 positis utatur: necnon compositionis ipsorum rationes ac uias omnes exposui-  
 mus. In proposito uero opere uarietatem compositorum medicamentorum quo  
 modo facta sit indicauimus, ad præscriptos limites specialem eorum compositio-  
 nem, usum, iudiciumq; insuper iam scriptorum reducentes. Itaq; perrecturi dein-  
 cept à prædictis, ad iecoris affectuum disciplinam, morbos ipsius explicabimus,  
 finitione, non nudis disciplinis persequentes, atq; à generalibus curandi ipsos sco-  
 pis quos in opere medendi comprehendimus, ad compositorum disciplinã perue-  
 niemus. Primū igitur omnium in eo dijudicandum uenit, imbecillitas ne quæpiã  
 sit uisceris, quemadmodum in uentriculi affectibus diximus, an alius quoq; mor-  
 bus uiscus occuparit, an citra imbecillitatem laboret inflammatione, aut scirrho, aut  
 abscessu, aut obstructione, sicut etiã erysipelatío affectu, aut ulcere, aut putredine  
 quapiam. Siquidem & in hoc iecorariam dispositionem, quemadmodum in ore  
 uentriculi laborante pleriq; tum medicorum, tum priuatorū appellant stomachi-  
 cum affectum, ob multa symptomata non ex uno affectu accidentē omnibus, sed  
 30 una quadam generali cōmunitate cōprehensis dispositionibus, aded autē inter se  
 speciatim differentibus, ut nōnullæ earū maxime sint contrariæ. Quomodo nanq;  
 quis nō admodū contrariã dixerit frigidã intemperie calide; humide uero liccam;  
 40 quanq; genere sint eadem. Iam omnia ferè quæ eadem genere sunt, si cōtraria dixe-  
 rit aliquis, haud sanè peccauerit; etem notio est contrariorū, ubi plurimū ab inuicē  
 distant: plurimū uero distant à medijs in quouis genere, quæ in finibus sunt, ita ut  
 cōtraria sæpe quidē eadem appareāt in finibus cōmunis generis, sæpe uero ubi cō-  
 traria ipsis generaliora accesserint, ab illis contineātur. Eadem uero illa prorsus ob  
 hoc sunt cōtraria, quod sub uno genere sita, plurimū à se inuicē distant: quamobrē  
 quæ ijs subiacent, primum & supremum genus commune obtinent. Hoc itaq; no-  
 bis semel hic obiter dictum perpetua seruetur memoria, ne quis putet sibi ipsi repu-  
 gnare eum qui dicat aliquando unum aliquem affectum esse eundem duobus ho-  
 minibus, aliquando non unum, neq; eundem, sed duos contrarios. Intemperie si-  
 quidem unum aliquē morbū generaliter nomināt, sed qui in cōtrarias differentias

secatur: licet enim quemadmodum hic diximus, sic etiam duos & tres & multos in particularibus differentijs maxime inter sese esse contrarijs. Et hac ratione imbecillitatis iecinoris causam recte dixerim unum esse affectum, quem intemperiem nominamus: rursus recte dixerim non unum, sed octo esse affectus, eo quod totidem sunt intemperierum differentiae. Et rursus secundum aliam sectionem duae sunt intemperierum differentiae, & secundum aliam tres: aliae quidem in solis qualitatibus, dum particulae affectae alterantur; aliae uero cum humoribus quibusdam, uel in laxis laborantium particularum spatijs contentis, uel in corporibus ipsis, ab illis irrigatis. In uentriculo itaque et intestinis una in utroque est cavitatis humoris prauica pax: in iecinore uero tot sunt numero quot arteriae & uenae, quae omnes habent an- 10 gusta oscula, per quae sima uisceris cum gibbis committuntur. Acciditque nonnunquam obstructio, & impactio prauorum humorum, quas sequitur mox putredo in frigidis intemperaturis: in calidis autem non adeo celeriter, sed processu temporis tamen & ipsis accidit. Fit autem intemperies in ipsa iecinoris substantia (quam Erasistratus putauit affusionem quandam, quod Graeci parenchyma uocant, esse, non admodum principalem uisceris particulam) tum in uenis arterijsque per ipsum dispersis, tum etiam in materijs, quae in harum continentur spatijs. Porro cum uiscus actionum, quas dum uiuit homo, obit, non unam, sed plures obtineat facultates, totidemque scilicet numero quot actionum species, accidit saepe unam quampiam insigniter ledi, saepius duas & tres, omnesque simul quatuor: una namque est eis actio, 20 trahere ad se alimentum: alia est amplecti retinereque, donec alteratum ipsum sui faciat particulam. Est igitur & haec facultas ipsius principalissima, tum fere praecipua, concoquere, immutare, alterare, & assimilare sibi alimentum, quam facultatem appellamus alteratricem. Quae uero ex hac alteratione recrementa uisceri oboriuntur, illa per aliam facultatem quam excretoriam & secretoriam nominamus, expelluntur. Porro ostense sunt haec facultates omnes singulis particulis per totum uitae curriculum inesse. Omnes siquidem attrahunt, quod sibi est proprium: atque excernunt quod alienum: alterant quod est attractum, & tantisper dum al- 30 rant, continent & stringunt. Ceterum haec alteratio donec in similitudinem particulae alendae transeat, uocatur coctio: ubi uero iam apponitur particulae nutritio. Cum igitur ad trahendum e uentriculo & intestinis alimentum, imbecillum sit iecur, liquida & in chylum nondum redacta per aluum excernuntur: sin uentriculus una cum illis aegrotet, ita ut male concoquat, cruda: qui si bene habeat, cocta quidem, sed liquida tamen, eo quod nulla, aut exigua ex illo in iecur facta sit distributio. Sin attrahat quidem iecur ad se, ex uentriculo & intestinis alimentum, in sanguinem uero illud mutare praeter imbecillitate nequeat, quemadmodum in uentriculo multiformis fit corruptio humorum crudorum, ita & in iecinore. Voco nunc cruditatem solam *απρεψία*, non simul complectens sermone tardam coctionem, quam Graeci *βραδύπρεψία* nominant. Si maius etiam ubi cibus assumptus prorsus manserit crudus, naturalem alterationem quae fit à particula, non forti- 40 tus, & hunc appellare non coctum, haud auerfor appellationem, dummodo rerum mihi seruetur discrimen. Deterior etenim est mutatio, quae per cruditatem fit in alienam qualitatem: minus praua est, per quam cibus plurimum suam seruat naturam, nulla ab eo quod ipsum concoquere confureuit, alteratione accepta. Est & tertia praeter has frustratae coctionis species, ubi semicoctus fit cibus, & ex eodem improspere exactae concoctionis successu, hepaticis excernitur per aluum cruentus humor. Talis uero est consistentia, ac si quis sanguinem aquae commiscuerit: multique medicorum de illo scripserunt, comparantes eius consistentiam aquae in qua carnes uictime nuper casae, lotae sunt. Et sane plurimi hepatici affectus ab eiusmodi excretionibus ordiuntur, nondum magnam iecinore imbecillitate experto

experto, quod tamen adhuc alimentum concoquere, & uel in sanguinis ueluti deliniamētū mutare nequeat. Aucto uero affectu nihil amplius eiusmodi excernit, sed multiformes aliæ qualitates atq; consistentiæ, sicuti à uentriculo non coquēte. Atqui in uentriculo ciborū ipsorum corruptiones palam apparent: in iecore uero cibi distributi, dum sanguini, qui antè in uiscere continebatur, miscentur: corrumpitur enim & hic tempore cum cibo qui in eo coctus non erat. Quum igitur calida intemperies uiscus affligit, primum sanè humores, deinde & iecoris ipsius caro colliquefcit, corrūpitur, uacuaturq; per aluū olida admodū bilis crassa, & insigniter tincta, sicut in pestilentibus febribus: cum autem est frigida, tunc neq; frequens neq; copiosa aluus est, uerū longius durat affectus, fluitq; ipsius uenter per aliquot dies cumulatius, non tamen simili graueolentia ijs quæ e caliditate contabuerunt, neq; simili colore consistentiæ: sed minus olida excernūtur his, speciemq; putrefacti sanguinis, non liquatæ carnis habentia. Nonnunq; tibi id quod descendit, ueluti sanguis ater apparet: exactius uero cōtemplati, neq; sanguis ater est, neq; grumus, sed ueluti limus quidam crassi sanguinis, proxime ad atram bilem accedens: atq; tū plures, tum discretu difficiles in huiusmodi affectu apparēt deiectionū colores. In utraq; uero intemperie, cum caliditas frigiditasq; humiditati & siccitati misceatur, aluus est humidior in humiditatis intemperie, siccior in siccitatis. Cōsiliū uero curationis est in huiusmodi morbis, commune quidem ut cōtrarium intemperiei adhibeatur: singulis uero peculiare est, ut singulis contrarium. Itaq; hepaticum proprie dictum uitium, quemadmodum & cœliacum, & stomachicum, accidit absq; tumore in particulis præter naturā, quum medici dicant inflammatione aut abscessu aut scirrho aut alio eiusmodi laborare hepar: non tamē hepaticū appellāt hominem ipsum cui quid horū accidit, sed ubi uiscus nullo manifesto malo in ipso apparente, ad actiones proprias inualidum est, tum laborantem hepaticum nominant. Primū igitur uideamus quæ scripserint ij qui ante nos de medicamentis optime commentati sunt, ab Andromachi scriptis initio sumpto: hic enim uir in libro qui interiorum morborū curationes complectitur, multas conscripsit hepaticas facultates, quorū omnium faciam mentionē. Et sanè hic ad uerbum scribentur eorū medicamenta, primumq; antidota. Primum in hæc uerba scriptum est.

*Andromachi compositiones à cyphi dictæ cyphoedes, ad iecorarios & omnia thoracis uitia.*

Carnis uuæ passæ drachmæ uiginti quinque ( alij uero centū ) croci drachma una 29  
 ( alij oboli tres ) calami, bdellij, utriusq; drachmæ duæ semis, casia drachma una se- 29  
 mis, cinamomi oboli tres, spicæ nardi drachmæ tres, iunci odori drachmæ duæ se- 29  
 mis, myrrhæ drachmæ quatuor, terebinthinæ drachmæ quatuor ( alij uero sedecim ) 29  
 aspalathi ramenti drach. duæ, mellis drachmæ sedecim, uini quod sufficit. Hæc sanè 29  
 est antidoti descriptio. Vocauit autē hanc cyphoedem à similitudine: nam odore  
 & gustu similis est cōpositioni quæ ab Aegyptijs uocatur cyphi, qui et primi cō-  
 posuerūt hoc medicamē, et utunt crebrò incensum dijs facientes. Pleraq; uero quæ  
 in huius incensu scripta sunt compositione, sunt eadem cum his, quæ in hoc medi-  
 camine habentur: siquidem & hoc potest incendi ad suffimen, perinde atque cy-  
 phi. Compositum est autem ex mediocriter astringentibus & siccantibus digerentibusq;  
 quæ & sanies malignas corrigere possunt in putredinibus: quorū pleraq;  
 materiæ sunt aromaticæ. Habet itaq; medicamētum hoc cinamomū, cunctas cor-  
 rigens putridas uenenatasq; uires, non solum sanierum humorumq; sed etiam le-  
 talium medicamentorum, quemadmodum & ueneni quod in uirulentis bestijs  
 existit. Proxime post cinamomū & casia eandem habet uim, quæ optima est, atq;  
 illi cognata: & post hanc aromatum omne genus, quemadmodum & hic, nar-  
 dus, & iuncus odoratus, & calamus, & myrrha, propolito medicamento, dicta  
 nuper ratione & modo iniecta sunt, sicuti et ex his quæ apud nos nascunt, aspalathus

& crocus: quod astrictorium & concoquens medicamentum existit, putredinesque corrigit. Vna autem passa parui sane uidetur precij, eo quod usu nobis sit familiaris: atque ob hoc ipsum est utilior, quod cum frequens sit in usu, tantam habet astringendi uim, quanta eget uiscus affectum: praeterea coquendi crudos humores, euincendi que malignos facultatem: ipsa uero aegre corrumpitur, simul & tota substantia est familiaris uisceri. Nanque dicimus alimenta cum his quae nutriuntur, proprietatem quandam secundum totam ipsorum substantiam obtinere: quod sane maximum est in huiusmodi affectibus curandis, qui ex intemperie prouenerunt: efficacissima enim in ipsis sunt, ut quae praeter quod intemperiei medentur, etiam nutririque queant. Vnde et uinum accommodatissimum est ijs, qui absque inflammatione, aut erysipelate, aut abscessu, aut calida intemperie laborant: alit enim & coquit, roborat, putredinibusque resistit, & si qua sit intemperies ex humiditate & frigiditate, tuto & absque molestia illam perfanat. Eadem & melli adsunt, nisi quod non cogit substantiam corporum quibus admotum est, sed illius loco abstergit, oscula recludit, transitus repurgat, urinasque prolicit, quae non sunt contemnenda auxilia. Admixtum est autem & bdellium ab autore medicamenti, quod copiose mollit coquitque, ut didicimus, tum mediocriter digerit. Similem quodammodo illi uim obtinet resina terebinthina, ad disijciendum extergendumque angustos transitus, quibus & ipsis indiget uiscus quod curandum suscipis, ut ora uenarum quae in uiscere sunt, aperta, omni que obstructione libera permaneant. Siquidem didicimus quomodo obstructio putredines efficiat. Nonnulli qui composuerunt huiusmodi facultates, quemadmodum & ante in stomachicis ostendebatur, mixto opio aut alterco aut quopiam alio refrigerantiu, ad calidas intemperies utile confecerunt medicamentum. Et ob hoc Philonis quoque compositio mirifice uel semel exhibita, hepaticam intemperiem curauit, quod et ipsius autor testatus est. Verum medicamentorum hepaticorum quae Andromachus tradidit nullum tale est. Et sane nullum uehementer refrigeratorium esse conuenit, sed qualia tum nonnullis alijs, tum Asclepiadi descripta sunt. Nunc ergo quae deinceps scripsit Andromachus, hepatica antidota percensebo. Illud tamen nobis memoria interim tenendum, nullum illorum calidis congruere intemperiebus, sed aut humidis, aut frigidis, aut ex utroque compositis, siue etiam humidis uehementer, calidis uero modice. Scribentur autem omnia ipsius Andromachi uerbis.

*Alia cyphoides, ad hepaticos, ex scriptis Galli, tusses, & eductiones pituitae.*

» Croci, myrrhae, singulae drachmae, bdellij drachmae quatuor, aspalathi oboli quatuor, iunci odori drachmae tres, calami drachmae duae, casiae, nardi indicae, utriusque singulae drachmae, terebinthinae drachmae sex, carnis uuae passae drachmae centum & septem, mellis hemina semis, uini chij rigandis uuae passae & bdellio & myrrhae quod sufficit: resina liquefacta cum melle, deinde omnia mixta leuigata reponito.

*Ad hepaticos & istericos.*

» Nucum acerbarum drachmae duae, anisi, absinthij, cumini, seminis apij, singulorum drachma una, cornu ceruini, oboli tres: leuigata cum aqua in pastillos cogito triobolares, dato unum mane, & unum uesperis cum mulsa.

*Ad hepaticos & istericos Nectareum.*

» Helenij libra una semis, crocomagmatis librae duae, aristolochiae, petroselini, utriusque singulae unciae, nigri piperis uncia semis, myrrhae uncia una, mellis quantum sufficit.

*Hepatica Athanasia: facit ad nephreticos & istericos, mouet copiosum sudorem.*

» Croci drachmae duae, cinamomi drachma una, nardi drachmae duae, casiae, myrrhae, iunci odorati, singulorum drachma una: melle attico excipito: datur in fabae graecanicae magnitudinem: febricitantibus cum mulsa porrigitur.

Hepaticum

*Hepaticum admirabile, quo Pharnaces herbarius laborans utebatur.*

Croci drachmę duę, meu, afari, phu pontici, dauci, petroselinı, myrrhę, singulo-  
lorum drachmę quatuor, nardi indicę & celticę, singulorum drachmę sex, costi,  
casıę, iunci odori, singulorum oboli tres, fructus balsami drachmę tres semis, ery-  
throdani drachmę octo, succi dulcis radıcıs drachmę tres, herbę hemionıtidıs, po-  
lij, succi balsami, singulorum drachmę sex, hedychroi magmatıs drachmę quin-  
que, mellis quantum sufficit; ad omnes affectus efficax est; utitor nucıs ponticę ma-  
gnitudine cum mulso.

*Antidotum hepaticum à Nearcho laudatum.*

Opopanacıs radıcıs, erythrodani, radıcıs eryngiı, eupatoriı, radıcıs heleniı, po-  
lij, costi, aristolochię, piperis, herbę scolopendri, seminis cucumeris, chamępity-  
os, radıcıs gentianę, minij sinopici, ursini fellis, spicę nardi, baccarũ iuniperi, semi-  
nis brassicę, ericę seminis, singulorum parem portionem; attico melle decocto ex-  
ceptis utitor.

*Hepaticę Dioschori.*

Cinamomi, casıę, singulorum quaternę drachmę, croci, nardi, costi, fructus bal-  
sami, hyperici, radıcıs dulcis, singulorum drachmę octo; cum melle attico nucıs  
ponticę magnitudinem exhibero.

*Aliud ad hepaticos, & ut asserit Aristoteles, ad ceteros interiores affectus.*

Grana piperis quadraginta, myrrhę drachmę octo, croci, costi, meu, acori, nar-  
di, dauci seminis, petroselinı, scordij, singulorum drachmę quatuor, cinamomi, ca-  
sıę, singulorum drachmę duodecim, mellis quod satis est; datur in magnitudinem  
nucıs ponticę.

*Potio ad splenicos, nephreticos & hydropicos: iuuat etiam & stomachicos, & mulieres ex partu*

*uexatas: facit & præterea ad conuulsiones, & eos qui ab ægitudine respo-*

*cillantur, ad malis succis præditos, ictericos, tusses, pleuriticos: item*

*antidotũ est ad letalia medicamenta, & ferarũ ictus.*

Nardi indicę, costi, singulorum drachmę duę, casıę, croci, drachmę singulę, pi-  
peris albi oboli quinq; (in alio drachmę duę) apij seminis drach. una oboli qua-  
tuor, iris illyricę tantũdem, acori drachma una obolus unus, opobalsami drachma  
una, ari masculi succi drachmę tres, acini uuę passę drachmę sex; læuigata cum  
musto, aut melle excipito, drachmamq; cum uini dulcis temperati, aut mulsę cya-  
this quatuor, aut prout cõmodum fuerit, porrigito. Hęc sunt ab Andromacho de-  
scriptę facultates hepaticę. Transibo nunc ad eas quę ab Asclepiade proditę sunt  
in tertio interiorum, quę Mnassonis inscribit.

*Facultates hepaticę ab Asclepiade proditę, & primam scripsit, quam Musę Antonij*

*esse dicit, in hunc modum composita.*

Cichorij succi cyathum unum, dato cum aquę calidę cyathis tribus, iniecto  
mellis attici cochleari; aut filicis & anethi succi cyathũ unum cum melicrati dra-  
chmis tribus. Iridis tenellę, aut fereos tenellę succi cyathum unum, cum melicrati  
calidi cyathis tribus. Hęc sanę prima est trium medicamentorum in Asclepia-  
dis libro scriptura. Cichorium itaq; & feris ex esculentis sunt: proinde qui in agris  
degunt, utrisq; horũ uescuntur tam crudis quàm coctis. Utitur autem his & Eras-  
stratus crebrũ in ijs medicamentis quibus uentriculi affectus curat. Ceterum facul-  
tas horum olerum est subfrigida subamaraq; modicę astringēs; & ob has qualita-  
tes optima sunt medicamēta calidis iecinoris intemperiebus; cũ hoc em̄ quod mo-  
dicę refrigerant, simul robur etiam addunt uisceri ob astrictionē: præterea uenarũ  
adapertiones in lima uisceris parte refarciunt cum ijs quę sunt in gibba: non tamē  
magnopere ledunt frigiditas intemperies, sicuti faciunt quęcũq; frigidã humiditatē  
citra astrictionē amaritudinem ue obtinent. Porro iuuare potest uiscus eiusmodi

olerum substantia, etiam si citra corruptos humores & sanies prauas, sit intemperies per se & cum humiditate quacūq;. Quod si misceatur cum melle, humores elicit per urinas: quare etiam si uel deliccata cōtusaq; potui insperferit aliquis, etiam sic iuuant. Quin & decoctum ipsorum potui exhibitum non parum auxiliatur. Si uero nulla molestet calida intemperies, siue tantum sit in uiscere obstructio, magnifice conducit ex uino albo quod tenuiorū partium sit potum, cum ijs quæ urinam mouent. Porrò non solum succus eorum recens, deliccatusq; utilis est, uerū etiam ipsa olera, si quis torrefacta, contusa, læuigataq; diligenter potui inspergat, aut si decocta quis bibat. Ad detergendum autem uiscus adaperiendumq; ipsius transitus absque manifesta calefactione, aut refrigeratione, optimum est medicamentum filix, superantem habens amarum qualitatem. Anethum autem nihil habet uirium ad huiusmodi affectus, uerum refrigeratum modice et obstructum uiscus curat. Quin & catapotium, quod ex chamæpityte constat, cuius & ipsius meminit, non easdem cum prædictis uires obtinet, amarum enim est & hoc medicamē. Nil mirum itaq; est tum ipsam per se chamæpityn potam iuuare hepaticas intemperies, tum etiam cum cichorio, quemadmodum scripsit Asclepiades in hanc uerborum seriem.

*Catapotium hepaticis.*

» Chamæpityos radicis drachmæ octo, & radicis cichorii drachmæ quatuor: contundito excipitoq; melle cocto nucis ponticæ magnitudine, præbeto aquæ calidæ cyathos tres, & bibat. Hæc quidem Asclepiades scripsit. Iuuant autem prædictæ herba hepaticos, non solum si radices ipsis quis exhibeat præparatas iuxta Asclepiadis præceptum, sed etiam si succum quoq;, aut decoctum, aut arefactam comā cum fructu tufam læuigatamq; præbeat. Sphendamni item radix tufa læuigataq;, siquidem & huius meminit, eiusdem cum dictis est facultatis: dant uero huius drachmam unam cum aquæ temperatæ cyathis tribus. Item medicamen quod ex nar» do celtica fit, nam et huius meminit, his est simile. Scripsit autem hoc sic: Nardi celticæ partes ternas, absinthij partem unam: tufa cribrataq; cocto melle excipito, datoq; mystri mensura in linctu. Item quod ab ipso descriptum est in reliquis huic simile, hoc amplius habet, quod magis per urinas expurgat uiscus. Scripsit autem de eo hunc in modum Asclepiades.

*Pastillus hepaticus.*

» Anisi, apij seminis, asari, amygdalarum amararum purgatarum, absinthij, singulorum drachmæ quatuor: præparato cum aqua, pastillos confirmato, datoq; drachmam febre carentibus cum uini temperati cyathis tribus, febricitantibus autem ex aqua mulsa. Hoc medicamen pauxillulum habet caloris, ob eorum quæ urinam cient misturam. Priora autem omnia alia, aut exuperantem habent frigidam facultatem, aut omnino neq; hanc, neq; calidissimam: disijciendi uero & uias distributionis laxandi uim obtinent. Omnia etiam alia medicamēta, quæcumq; ab Asclepiade scripta sunt, disijciendi, aperiendi, secandi uim habent: pauca uero medijs cæteris calidiora sunt. Media autem uoco, quæ neq; manifeste refrigerat, neq; calefaciūt. Vnum autem inter ipsa est aliquod calefaciens, ubi ait, costi læuigati cochleare dato cum mulsæ calidæ cyathis tribus. Reliqua uero quæcumq; mediæ temperie propinqua sunt, ad calidius declinant. Hæc sunt: Helenij drachmæ duodecim, crocomagmatis drachmæ octo: excipito cichorii succo, facitoq; catapotia, & secundum uires exhibeto. Ad summam, datur drachma ex nulli temperati calidi cyathis tribus. Possēt hoc medicamentum etiam citra helenium calidis auxiliari intemperatij: ubi uero helenium absterforijs admixtum est, ad calidius deflectit, nisi omnino pauxillulum copiosæ misceatur frigidæ. Quin quod & ex feniculo constat medicamentū, calefaciētium ordinis est: id ita se habet: Foeniculi drachma una,



una, petroselinī drachmæ duæ, anisi, amygdalorū amarorū, absinthij, singulæ dra-  
 chmæ, croci, myrrhæ, singulorum tres oboli: aqua excipito, conficitoq; pastillos,  
 & exhibeto drachmam unam, ut superius est dictum. Nam & hic fœniculum &  
 petroselinum satis calefaciunt, alia modicè: amygdala uero attenuantis sunt facul-  
 tatis, idq; magis quando sunt amara. Medium quodammodo inter calefacientia,  
 & refrigerantia, etiam hoc est medicamentum quod Asclepiades in hunc descri-  
 psit modum.

*Linctus hepaticus Paulini: iuuat subito.*

Chamæpityos aridæ libra una, myrrhæ uncia una, musti dulcis sextarij tres: co-  
 10 quito chamæpityn & mustum usq; ad tertias, deinde succū exprimito, quem, mel  
 11 lis attici libra ei dimidia iniecta, iterum coquito, deinde myrrham iniecitō, assiduè  
 12 mouens donec dissoluantur: et cum dissoluta fuerint ab igne sublata reponito, my-  
 13 strumq; ante cibum exhibeto. Scripsit autem Asclepiades & ex cochleis tale medi-  
 14 camentum hepaticum. Cochlearum trium carnem admodum diligenter læuiga-  
 15 tam in uini nigri cyathos tres coniectam calefacito, potuiq; dato. Videntur eius-  
 16 modi secūdum uniuersam substantiam operari, & non secundum unam, aut alter-  
 17 ram qualitatem: quale est & lupinum iecur, cuius sufficientem tenemus experien-  
 18 tiam. Cæterum usus eius persimilis est cochleis: læuigatur enim exacte lupinum ie-  
 19 cur, & exhibetur drachma una cum aliquo ex uinis dulcibus, qualia sunt therēum  
 20 illud cretense, & scybelite, mustumq; græce protropon dictum, quod defluit ante-  
 21 quam uuæ calcentur: congrua sunt enim ista uisceri, quippe quæ & nutrire ipsum  
 22 queant, mediumq; inter calidum et frigidum teneant, eoq; nomine huiusmodi me-  
 23 dicamenta omnibus conuenire intemperantijs uidentur, ut quæ tum proprietate  
 24 substantiæ sublidium ferant, tum neq; calidas neque frigidas habeant intemperies.  
 25 Porrò ijs qui manifesta laborant feбри, aut non obscura, quemadmodum nonnul-  
 26 lis hepaticis solet accidere, satius est ex aqua calida dare medicamentum, quàm ex  
 27 aliquo ante dictorum succorum, qualis est fereos.

*Ad scirrhosos iecoris affectus.*

Et de his scripsit Asclepiades quatuor medicamenta in hæc uerba.

*Vretice: facit ad scirrhosos iecoris affectus & lienosos, ad eos qui ægrè reficiuntur, hydropicos,  
 & in uniuersum, bonum inducit calorem.*

Croci, nardi, calisæ, singulorum drachmæ duæ, costi, iunci odori floris, cinamo-  
 mi, myrrhæ stactæ, singulorum drachma una, mellis cocti drachmæ uiginti quin-  
 que. Datur quantū fabæ ægyptiæ magnitudinē implet, cū nulli cyathis quatuor.

*Alia qua utebatur Pasicrates, ducit urinas copiosas.*

Dauci seminis drachma una semis, rheu pontici radici, iunci odori floris, fru-  
 ctus balsami, baccarum cedri, anisi, nardi indicæ, croci, cinamomi, calisæ, phu, afari,  
 petroselinī, chamæpityos, singulorum drachma una, menthæ aridæ oboli tres, nu-  
 cleorum pineorum purgatorum numero quinquaginta: excipito melle cocto, &  
 40 dato nucis ponticæ magnitudinem cum nulli temperati cyathis tribus.

*Antidotum ex ursino felle, medicamentum comprobatum ad scirrhosos iecoris affectus.*

Chamæpityos, marrubij, seminis petroselinī, gentianæ, seminis uiticis, fellis ur-  
 sini, sinapi, cucumeris seminis, scolopendrij, panacis, minij lemnij, erythrodani,  
 brassicæ seminis, aristolochiæ, piperis, nardi indicæ, costi, apij seminis, eruca sem-  
 50 nis, eryngij, polij, echij, eupatorij, baccarum iuniperi, singulorum drach. una: tusa  
 cribrataq; excipito melle: datur nucis pōticæ magnitudo in nulli cyathis duobus.

*Alia probata: facit & ad alios interiores affectus absq; tussi.*

Radici gentianæ, chamæpityos, marrubij, seminis petroselinī, ursini fellis, sina-  
 pi, seminis cucumeris, scolopendrij, radici panacis, minij sinopici, erythrodani se-  
 minis, brassicæ, aristolochiæ longæ, piperis albi, spicæ nardi, costi, eruca seminis,

» eryngij, baccarum iuniperi, fructus fraxini, chamapityos, dictamni cretici, betoni  
 » cae seminis, dauci seminis, singulorum uncia una, mellis attici quantum satis est: da  
 » tur nucis ponticae magnitudine; liquor autem musti cretici cyathi duo, medicamen-  
 » tum probatum est. In alio exemplari habet, & pelecini tantundem. In propolis  
 quatuor medicamentis recte fecit Aesclepiades, qui non simpliciter ascripserit, quem  
 admodum in alijs, quod ad hepaticos ipsis utendum, sed adiecerit, ad scirrhosos af-  
 fectus. Nam dispositiones ex humiditate uisceris, resolutum ipsum & imbecillum  
 reddere solent, instar resolutorum articulorum, siue cum frigiditate, siue cum cali-  
 ditate, siue citra has sola relaxatio ipsorum constiterit: omnino enim astringenti-  
 bus egent medicamentis, uerum aut cum calefacientium mixtura, si frigida superer-  
 10 qualitas, aut refrigerantium, si calida. Quae uero in scirrhum coeunt ob frigidos hu-  
 mores, & crassos uiscososque in solidas partes transmissos, necessarium habent affectum  
 frigidum, proindeque calefacientibus simul, tenuiumque partium egent medicamen-  
 tis: haec enim sufficiunt, tum ad dissolendum uiscositate succorum qui scirrhosis  
 particulis infarcti sunt, tum ad crassitiam dissecandam, atque sic attenuatos succos  
 discutandos. Atqui in quinto de simplicium medicamentorum facultate, ubi de  
 huiusmodi egimus affectibus, mixtionem emollientium, quae malactica dicuntur,  
 commendauit, tanquam preparantem scirrho indurescentia corpora, ut dictis me-  
 dicamentis reddantur idonea: nisi enim prius fuerint emollita, dum ipsa diffun-  
 duntur, statim quidem euidentem assequuntur diminutionem affectus, ceterum 20  
 reliquiae utpote nimium exiccatae, insanabiles redduntur. Haec uero eadem & in de-  
 cimoquarto methodi medendi dicta sunt: proinde & in hepate tentanda est mol-  
 lientium mixtura. Quia uero corpus iecoris, ueluti ex humoribus concretum est,  
 admodum moderatis indiget mollientibus: excelleat autem in eo praeter alias scir-  
 rho obnoxias particulas, calefacientium attenuantiumque mixtio. Merito itaque ma-  
 xime omnium quatuor descriptorum medicamentorum ultimum commendat,  
 ut quod satis experientiae dederit: ex aromatibus enim quae attenuare digerereque  
 possunt constat. Alia insuper simul assumpsit medicamenta acris, incidendi digeren-  
 dique ut praedita: mitigatoria uero illis mixta sunt, & cucumeris semen, & bacca iu-  
 niperi: item mel, eryngiumque, quae uidelicet tanquam urinam mouentia quaedam, 30  
 ad sint his quae uisceris affectum abstergunt, ut ad urinas uiam excretionibus sternant,

*Quae ab Archigene scripta sunt ad hepaticos in secundo medicamentorum secundum genus.*

» At in hepaticis congrua cibi, unctorum, communium emplastrorum, sangui-  
 » nis ex uena emissionis, cucurbitularum, sinapismorum, picationum quas Graeci  
 » *σπο. πικνας* uocant, similisque uictus ratione praecedente: praeterea subscriptis compo-  
 » sitis potionibus & malagmatis, quae his optime conueniunt, utitor.

*Potionibus quidem hisce.*

» Senecionis herbae decoctum tanquam maxime utile exhibeto: crescit autem  
 » huius caulis in tegulis. Aut nardini unguenti cochlearia quatuor quotidie potan-  
 » da dato, idque in his qui scirrhū contrahunt. Aut aristolochiae obolos tres, cum aqua 40  
 » potui da febricitantibus: illa carentibus cum uino admodum conducit. Aut trifolium  
 » acidum in aqua coquito ad tertias, datoque per triduum singulos cyathos. Aut fel-  
 » uelinum lente in aceto coctum torreto in sole, atque ex hoc hepaticis cochlear unum  
 » porrigito. Aut rubi radice corticis minam unam cum aquae congio coquito in uase  
 » nouo, donec quarta super sit pars, succoque aeri exposito, mellis adijce cyathos sex,  
 » bisbatque ieiunus ad triduum. Aut pseudobuniorum obolum unum cum melle ieiuno dato.  
 » Aut dauci & foeniculi radice dimidium cum oxymelite ad tertias coctorum cya-  
 » thum unum ieiuno exhibeto. Aut dulcis radice succi obolum unum aut duos iei-  
 » iuno porrigito: aluum subducit urinamque ciet. Ceterum in magna duritie, abro-  
 » tani succum, ut qui crassior est, potui dato. Aut acori obolum unum, panacis tan-  
 » tundem

tundem, cum aqua potui exhibeto. Aut spicæ nardi decoctum assidue dato. 22

*De cataplasmatibus.*

Cataplasma uero hepaticum conferet ex malis cotoneis cum farina hordeacea 22  
 aut fœnugræco cocto. Aut lini semine læuigato cum polenta in uino cocta. Aut 22  
 lini semine læuigato, & cum melle macerato. Aut capparis radice in mulso cocta. 22  
 Aut hordeacea farina cum ficu. Aut oleæ radice in uino cocta. Aut glâde unguen 22  
 taria tusa ex uino. Aut cerato ex palmularum glandibus; summè enim conducit 22  
 ad hepatis inflammationes: præcipuè uero ijs quibus etiã stomachus affectus 22  
 est, & latera distenta sunt. Aut palmam absq; medulla diligenter tusam cum pari 22  
 10 rosacei cerati portione in mortario in unitatem cogito, pauxillum rosacei asper- 22  
 gens, et imponito. Aut uino aminæo imbutã myrrham palmis misceto, & in pan 22  
 niculo inditam imponito. 22

*Malagmata ad inflammationes iecoris.*

Quibus sanè quis uti debeat malagmatis in hepaticis inflammatione, citra ma- 22  
 nifestam causam, post fomèta & cataplasmata, iam antè, ubi de oris uentriculi egi 22  
 mus inflammatione, communia huic & hepatis scripta sunt: in quorum numero 22  
 hæc sunt, quæ ex meliloto præparãtur, & polyarchium. At uero & nunc quedam 22  
 ex ijs quæ ab Andromacho scripta sunt adijciuntur.

*Andromachi malagma ad hepaticos.*

Ammoniæ thymiamatis drachmæ centũ quadragintaquatuor (alijs uero dra- 22  
 chmæ centum) bdellij drachmæ uiginti quatuor (alijs uero drachmæ centum) aceti 22  
 heminæ quatuor, Ego uero heminam dimidiam. 22

*Apollophanis malagma.*

Ceræ drachmæ octoginta, ammoniæ thymiamatis drachmæ totidem, resinæ 22  
 terebinthinæ drachmæ quadraginta, mannæ thuris drachmæ quadraginta: irino 22  
 oleo contundito. 22

*Damocratis malagmata ad hepar & præcordia: quedam uero ipsorum etiã ad totum uentrem & lienem bene faciunt.*

Præcordijs stomachi uitio dolentibus, 22  
 Aut uentris, intestinorum, coli, hepatis, 22  
 10 Alterius item principalis uisceris 22  
 Cuiuspiam, malagma si imponere uoles, 22  
 Hoc antè primum præparatum sumito, 22  
 Siquidem recens iam factum, minus est utile.

Hæc recipit, ceræ ponticæ libras duas, 22  
 Ammoniæ suffiminis, terebinthinæ 22  
 Retorridæ, pityinæ combustæ libram: 22  
 Fac singulorum unam: quadrantem seminis 22  
 Nasturtij, tantundem cyperi exaridi, 22  
 40 Myrrhæq; necnon iridis albæ, gallicæ 22  
 Puræ, uncias duas, croci sesquunciam, 22  
 Octo uncias meliloti, præstat atticum, 22  
 Olei recentis cyprini libras duas. 22  
 Proinde cyprinum, & alia liquefcere 22  
 Quæ possunt, coquito flamma leui, hinc radito: 22  
 Contusa reliqua incernito, deinde bono 22  
 Vino macerato, mox noctem & diem sine 22  
 Vinum combibere medicamina, atque perlitis 22  
 Cyprini manibus, cuncta medicamina in pila 22  
 Maiore commixta, inde sic reponito: 22

Vas pellibus contegito extrorsum mollibus.

*Aliud malagma eiusdem, similibus efficax.*

Si tempore alio morbi minantes malum  
 Habitum occupent, magisq; affectus adiuuat,  
 Qui uiscera flatibus offendunt phlegmonis  
 Diutinis, nam exacuentes doloribus  
 Vehementibus, durities, scirrhos quoq;  
 Mox discutit: sic præpara, terebinthinæ  
 Bonæ libram semissem, ceræ ponticæ  
 Parem modum, fœnugræci puri libram,  
 Nitri, panacis, tantundem, atq; seminis  
 Anisi, adipis uitulini purgati libram,  
 Et iridis albæ contusæ pondo libram,  
 Aceti cyathos binos, dimidium quoq;  
 Mellis recentis atticæ libras duas,  
 Ammoniaci suffiminis pondo libram  
 Admiscuerunt quidam, alij libras duas.  
 Arida omnia subtili creta incerniculo  
 Incoquito, ut cataplasma & melle addito  
 Necnon aceto, sed non omni, ubi feceris  
 Probè irriguum, calenti iunge, paululum  
 Aceti superaddens, ceræ liquidæ, adipi,  
 Terebinthinæ: postquam refrigeraueris  
 Probè, manibusq; pariter omnia uniens  
 Maiore uase diligenter, non uitior  
 Statim, recens nam factum est imbecillius.

*Aliud Damocratis malagma.*

Et hoc odoris grati est, necnon hepatis,  
 Renumq; coli, stomachi, uulvæ affectibus  
 Longis medetur, praua habitudine præditis,  
 Ex longiore morbo pallidis, hydropicis,  
 Non concoquentibus, ægris fastidio.  
 Est autem amomi scythici, xylobalsami,  
 Clari bdelli, nasturtijq; seminis,  
 Siccati cyperi, thuris, par modus, puta  
 Pondo libra singulûm, casia daphnitidis,  
 Myrrhæq; laudatæ, croci, rursus quadrans  
 Aut amplius paulò, spicæ nardi quoq;  
 Syriacæ erunt duæ uncia, terebinthinæ  
 Puræ libræ duæ, ceræ puræ libra  
 Albæ, cypriniq; unguinis noui libra,  
 Vini falerni excellentis sextarius:  
 Contusa reliqua tenui cribro incernito,  
 Thureq; bdellio, myrrha, croco in pilam  
 Læuibus immisilis, cyprinum exiguum super  
 Affundito ex uino, deinde subigito  
 Ad usq; mellis crassitiem, adde aromata  
 Alia læuigata, & uini reliquum affundens, cogito  
 In unitatem recte ut combibat, sine  
 Diem, integramq; noctem: sed terebinthinam,  
 Cyprinum,

Cyprinum, pariter ceram liquefactam super  
 Lenissimum ignem finito, & omnia unguine  
 Imbutis manibus quopiam ut coegeris  
 In unum finito, sic reponito, haud statim  
 Vsurus ipso, multa temperans cape  
 Ex parte quadam laeue cerotarium,  
 Sed utitor raro solo medicamine.

*Aliud Damocratis malagma.*

Aliud malagma vitij longis efficax,  
 10 Et splenicis, sed confert multo maxime  
 Si pallidi sint, & febre urgentur graui,  
 Aquamq; continent paucam in praecordijs:  
 Multe siquidem, malagmatis non medeberis.  
 Sint pinguium ficuum siccarum, & insuper  
 Recentium, umbilico & multo semine  
 Iplis adempto, drachmae tres & quindecim,  
 Ceræq; ponticae albæ aequalia pondera,  
 Et glandis unguentariae pinguis libra,  
 Nitri marini uero dimidium librae,  
 20 Aluminis scissi librae duodecim,  
 Et unius drachmae dimidium, & obolos  
 Tres, unguis aequales, bdelli, nitri, pares,  
 Et floris alij lapidis, & suffiminis  
 Ammoniaci tantundem, at foenu seminis  
 Graeci, atq; cardamomi, laudati origani,  
 Nasturtij, sextarij sit portio  
 Quarta uniuscuiusq; paululum unguinis  
 Irini, cum in modum malagma praepara:  
 Irriguum uino dulci bdellion  
 30 Mortario emollito, iam laui satis  
 Adiunge ficum, rursus pariter tundito:  
 Vinum superfundens laeua facito probè.  
 Inpersis reliquis medicamentis autem,  
 Aqua calente, ceram uniuersam bene tuis  
 Mollito manibus: dilatata cæteris  
 Adiungito, in pila contusis, ligneo  
 Pistillo subigens, continue hæc linens unguine;  
 At tempus utendi cunctis malagmatis,  
 Quæ uentri, stomacho, & intestinis iniici  
 40 Debent, à cibo longe est præstantissimum.

LIBRI OCTAUI DE COMPOSIT. MEDI-  
 CAMENTORVM FINIS.

c 3